

Friedrich Gerdes Georg Schwartze

Theses Iuridicae De Mutuo Civitatum

Gryphiswaldiae: Doischer, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn798480475>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (78.)

1. Philippi de delegatione.
2. Carpzow de jure fisci circa bona ob defraudatum falsa professione censuram in commissum cadentia.
3. Carpzow de restitutione in integrum minorum.
4. Schwendendorfer jus noctis.
5. Idem de jure circa pecudes.
6. Idem de jurisdictione feudali dominica.
7. Idem de exceptione.
8. Bastineller de denunciatione civili, canonica et evangelica.
9. Nicolai de jure terminorum et finium.
10. Reinmann de re trovendendo pactum.
11. Leickherr de eo quod interest.
12. Geiger de eo quod justum est circa redemptionem annui redditus.
13. Teator de usurpationibus.
14. Lincken de jure Justiniani receptione et auctoritate in Germania.
P. 1. et 2.
15. Gottschalck de matrimonio illicito.
16. Wippermann de commentariis.
17. Pettel de fructibus.
18. F. Gerder de mutuo civitatum.
19. Friedlieb de jure revocandi feuda sine consensu quorum interest alienati.
20. Pafor. elementum aquae.
21. Klein Schmidt de beneficio inventari.
22. Woltermann de constitutionibus principum.
23. Hoettermann de nequitia advocatorum.
24. de receptu rerum. Dreher.
25. Frommann de ficta seu quasi traditione.
26. Stendorf de officio judicis.
27. Breit sprach de protractione et abbreviatione litis.
28. Rachel de justitia universali.
29. Idem de jurisprudentia.
30. Faloxner jura conviviorum.
31. Idem de sub et obreptione.

33. Martini de antichresi.
34. Wedderkopp de moratoria praescriptione.
35. Struv de dedicatione templorum et altarium.
36. Sincx de iudicio penitentium.
37. Mühlppfort de aestimatione in genere et in specie de justa.
38. Strausf de privatione legitimae.
39. Lederer de iure cursuum publicorum.
40. Naevius de gerada Saxonica.
41. Schultz de aneclogiis.
42. Petr. Müller de constituto possessorio.
43. A. Beier de reciproco conventionali. Von Hufschmidt.
44. Reyher de intervallo ejuorq. iuribus.
45. G. Engelbrecht de culpa.
46. P. Müller de securitate metuentium.
47. Rhadius de dubitante.
48. Schulzen de commodo propter tertium.
49. Schulzen de conditione iurisjurandi.
50. Schubart de ludis equestribus. Quirinus.

191
21

THESES JURIDICÆ
DE
MUTUO CI-
VITATUM,

27AS
D. O. M. A.

PRÆSIDE
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO
DN. FRIDERICO GERDESIO, Jcto,
PROFESSORE ORDINARIO, FACULTATIS
SUE SENIORE ET HODIE DECANO, NEC NON
REGII CONSISTORII DIRECTORE,
DN. SOCERO SUO PATRIS INSTAR HONORANDO,
DISPUTATIONIS INAUGURALIS LOCO,
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HO-
NORIBUS CONSEQVENDIS,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT

GEORGIUS Schwartze/ VICE-SYND.
ET SENATOR GRYPHISWALD.

AD DIEM V. JULII,
IN AUDITORIO MAJORI
LOCO HORISQUE CONSUVETIS.

GRYPHISWALDIÆ

Typis MATTHÆI DOISCHEBI, Acad. Typogr. 1680.

121

MILITONCI

VITATUM

ROMA

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.


Geographische Anstalt

Faint text at the bottom of the page, possibly bleed-through.



I. N. J.
DE
MUTUO CIVITATUM

THESIS I.



Uemadmodum personæ singulares de rebus suis, modò liberam earum administrationem habeant, nec aliàs lege specialiter prohibeantur, liberè paciscuntur & contrahunt, *l. 21. C. mandat. l. 5. C. de Obl. & Act.* ita quoq; Civitates & quascunque alias Universitates contrahere, & contrahendo tum alios sibi obligare, tum aliis obligari posse, prorsus indubitatum est; *Vid. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 14. §. 11.* Neque id ratione destituitur. Etsi enim Universitas nomen juris est, carens animo & intellectu, *Mysing. Cent. 4. Obs. 78. n. 1. Freundberg. de rescript. morat. conclus. 18. n. 25.* nec consentire potest *l. 1. §. fin. ff. de acquir. vel am. poss. l. un. §. 1. de libert. Univers.* & aliud est Universitas, aliud singuli homines de universitate; *l. 2. l. 7. §. 1. ff. quod cujusq; univ. nom. Job. Gædd. 2. consil. Marpurg. 28. n. 131.* quoniam tamen, *secundum Wesenbec. in parat. ff. dict. tu. n. 2. & Hahn. in observ. ibid.* ea nihil aliud est, quàm hominum in civili societate viventium communitas & congregatio, adeoq; ex hominibus animâ & ratione præditis,

A

ditis,

ditis, insuperq̄ vinculo morali invicem unitis constat, utique actionum moralium incapax cenferi haud debet; quumq̄ præterea peculiaria jura ac res proprias habere possit ac soleat, *l. 15. & 17. ibiq̄. Gædd. de verb. sign. tot. tit. ff. de administrat. rer. ad Civit. pertin. & tit. C. de admin. rer. publ. & c. Magnif. Dn. Mev. in Com. Jur. Lub. p. 2. tit. 3. rubr. per tot.* quas singuli, qui sunt de illa Universitate, quæ tales, sibi vindicare minime queunt, *dict. l. 7. §. 1. quod cujusq̄ univ. nom. l. 6. §. 1. ff. de rer. divis. l. 10. §. 4. ff. de in jus voc. l. 1. §. 7. ff. de quæst. dicendum certè est, de iisdem disponere & contractus inire Universitatem, ceu rerum suarum dominam, d. l. 6. §. 1. de rer. div. Mev. cit. loc. n. 28. & qui illam repræsentant, in ipsius commodum posse. Ubi illa, quam modò dixi, unio efficit, ut quidquid vi istius plures illi volunt & agunt, pro una voluntate unaq̄ actione habeatur, & porrò Civitas ad modum unius personæ concipiatur, ejus vicem obtineat *l. 22. ff. de fidej. dicaturq̄ persona moralis & quidem composita. Vid. Dn. Pufendorff. l. 1. de J. N. & G. cap. 1. §. 12. & 13. & l. 7. c. 2. §. 6.**

II. Ut igitur alios quosvis contractus, e. g. emptionis venditionis, *l. 23. C. de SS. Eccl. tot. tit. C. de vend. reb. Civ. locationis conductionis, l. 3. §. 1. ff. de admin. rer. ad civ. pert. l. 2. C. de vend. reb. Civit. l. 3. C. de locat. præd. civil. emphyteuscos, l. 71. §. pen. & fin. de Leg. 1. l. 15. §. 27. ff. de damn. infect. Wesembec. in paratit. ff. si ager vectig. n. 1. & 2. permutationis, l. 3. C. de præd. decur. sine decret. non alien. inire; item, censum & annum redditum in bonis publ. constituere, *Bruning. de dar. Univ. spec. concl. 80. donare, d. l. 3. C. de præd. decur. sine decret. arg. l. 12. §. pen. ff. de admin. & peric. tut. Losa. de jur. Univ. part. 3. c. 11. fidejubere pro aliis, c. quod quibusdam. X. de fidejuss. l. 6. §. 1. ff. ut legat. nom. cav. Magnif. Dn. Mev. in Com. Jur. Lub. part. 2. tit. 3. art. 4. n. 7. & seqq. Syndicum & actorem*
consti-*

constituere, l. 3. ff. quod cuiusq; univ. nom. Wes. in par. eod. n. 4.
posidere & usucapere l. 7. §. 3. ad exhib. l. 2. ff. de A. vel A. P. & C.
Civitas potest, sic non minus pecuniam tam dare aliis
mutuò, quàm ab aliis accipere, & ex hoc obligari. De
illo possunt videri l. 15. ff. de SC. Maced. l. 6. §. 1. ff. de muner.
& honor. l. 30. & 33. ff. de usur. l. 2. C. de debitor. Civ. in quibus,
quid in credenda Civitatis pecunia observari debeat, simul traditur:
de hoc est decantata l. Civitas. 27. ff. de reb. cred.

III. Et missis quidem aliis, de Mutuo Civitatum in præ-
sens agere animus est. Quùm autem in omni mutuo, sic-
ut in reliquis contractibus, duæ ad minimum personæ in-
tercedant, & ab una parte stet mutuò dans creditor, ab
altera verò, accipiens debitor, & Civitas equidem, jux-
ta ea, quæ in thesi præcedente dicta sunt, tam creditoris
quàm debitoris locum sustinere in hoc contractu possit,
ea verò Civitatum in his oris hodiè sit conditio, ut de-
credenda aliis pecunia, quâ ipsæ egent, parùm sint solici-
tæ, contra conditiones mutuò sumendi pecunias, quibus
vel creditoribus suis, & ipsis miseris, idq; propter solu-
tionem instantissimè urgentibus, factâ versurâ, satisfaci-
ant, vel aliis necessitatibus suis consulant, anxie circum-
spiciant; nec minùs ære alieno, superioribus annis con-
tracto, demersæ, & insuper calamitatibus bellicis ferè ad
incitas miserissimamq; conditionem reductæ, aliquod ino-
piæ suæ levamen contra rigidas creditorum exactiones
anhelent; Idcirco ego quoque, tempori servire studens,
hâc vice solummodò *Jura Civitatis mutuuum accipientis*, & sic
locum debitoris occupantis, idq; tam quâ ipsam ejus obliga-
tionem, quàm quâ inde descendentes contra eam actiones, & adver-
sus has eidem competentes exceptiones ac beneficia, levi digito,
pro instituti ratione, attingere consitui. Antequam ve-
rò rem ipsam aggrediar, brevem terminorum, quibus

Disertationem hanc inscribere placuit, explicationem præmittere non abs re visum fuit.

IV. *Mutuum*, inde, quod ex meo tuum fiat, dictum, pr. *Inst. quib. mod. re contrab. obl. l. 2. §. 2. ff. de reb. cred. ibi Wes. in parat. n. 8.* tribus potissimum modis accipitur; (1) pro re, quæ in mutuum datur, quomodo dicimus, dare, accipere mutuum, *l. 2. & 3. ff. de reb. cred.* (2) Pro ipso contractu reali, quod res fungibilis in hoc datur, ut accipientis fiat, & ab eo in eodem genere restituatur. *§. 2. Inst. de J. N. G. & C.* (3) Pro obligatione ex hoc contractu orta, ut cum dicitur, mutuum contrahi. *Frantzck. in Comm. ff. de reb. cred. n. 12. Eckolt. in compend. ff. cod. tit. §. 5.* Et hæc ultima significatio potissimum hujus est loci. Jam enim anteverti dicere, me acturum hinc esse de Civitatibus mutuum pecuniam ab aliis sumentibus, & inde ad reddendum obligatis, abstrahendo scilicet à datione mutui, cujus aliàs quoque capaces ipsæ sunt. Manifestum verò est, isthanc *Mutui* significationem neutiquam ad mutuò dantem, sed ad mutuatarium tantum, utpote in quo obligatio illa residet, pertinere; id quod absolum videri non debet. Siquidem & aliàs vox ista in vulgari & genuino suo significato ad eum maximè spectat, qui aliquid reddit; ut cum dicimus, mutuum amorem vel officium, quod pro alio accepto refertur; & proinde non minus in sensu Juridico mutuum ejus potius esse, qui reddit, quàm ejus, qui credit, adeoque debitor propriè mutuum reddere dicitur. *Wes. in par. ff. dict. tit. n. 8. Calvin. in Lexic. Jur. voce mutuum.*

V. Et in hac significatione describi poterit *Mutuum*, quod sit obligatio, quâ is, qui pecuniam vel aliam rem fungibilem ab alio utendam accepit ad eandem illi in genere reddendam adstringitur. Esset fortassis operæ pretium, quædam hujus descriptionis verba, ad noscendam melius

meliùs mutui naturam paulò fusiùs hìc explicare; sed quoniam à plerisque Dd. circa definitionem mutui illud abundè præstitum est, ideoq; ea nunc misfa facio.

VI. *Vox Civitatis*, quæ quasi civium unitas, juxta *Tholosan. de Republ. lib. 1. cap. 3. n. 1.* vel secundum Ciceron. in *somnio Scipionis* à coëundo dicta est, quod in illa cives vinculo quodam societatis in unum coëant, *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 6. n. 49.* varias, uti notum est, habet significationes, quarum potissimas *Verrius Flaccus* apud *Gellium lib. 18. cap. 7.* breviter his verbis complexus est: *Civitas & pro loco & pro oppido & pro jure quoque omnium & pro hominum multitudine dicitur.* Plures videri possunt apud *Linnæum de Jure publ. lib. 7. c. 1. n. 5. & seqq. Philipp. Knipschild de jurib. & privileg. Civitat. Imper. lib. 1. c. 1. n. 7. & seqq. Joach. Cluten. in Syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. a. & alios.* Nos per *Civitatem* hìc intelligimus cœtum & multitudinem Civium, iisdem legibus & moribus viventium & urbem murò clausam inhabitantium. Tales enim hodiè vulgò & propriè *Civitates*, Germanicè *Städte* appellamus: ad quarum tamen essentiam non requiritur, ut muris vel mœnibus circumdatae & cinctæ sint, cum & olim plures *Civitates* sine muris extiterint, uti constat ex *Leheman. Chron. Spir. lib. 5. cap. 108. pag. 630. vers. ist aber die Stadt ungemauert. Conf. Conring. in annotat. ad Lampad. part. 3. c. 7. & in disert. de urbib. German. th. 16. & mult. seqq.* & hodiènum multæ sine muris sint & esse queant. Dicitur autem *Civitas* aliàs etiam *Urbs*, item *Oppidum*; quas voces hodiè plerumq; confundi & promiscuè usurpari videmus, quamvis propriè loquendo inter se differant & diversam significationem habeant. *Vid. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. in pr. & Conring. in annotat. ad Lampad. dict. loc. & in dict. dis. de Urb. Germ. th. 2. & seqq.* De significatione vocab. *Urbis* sunt *l. 2. in pr. & l. 87. de verb. signif.*

VII.

VII. Quanquam autem Civitatum, si hodiernum earum in Imperio Romano-Germanico statum intueamur, non una est conditio, sed aliæ quidem Imperiales sunt, aliæ provinciales, aliæ denique mixtum statum obtinent; quam distinctionem probant præter alios Juris publici Dd. Cluten. dict. conclus. 27. lit. C. Bruning. de var. Univers. spec. concl. 14. M. Steph. de jurisd. dict. cap. 1. n. 17. & segg. Reinking. de regim. secul. & Eccles. l. 1. cl. 4. c. 20. n. 4. Magnif. Dn. Mey. in Com. Jur. Lub. quæst. 1. n. 29. & qu. 2. n. 31. & hæc equidem de mutuo Civitatum disquisitio ad omnes cujuscunque generis, sicut & ad alias Universitatum species, pertinet; mihi tamen, quod præmonendum duxi, ad Civitates provinciales potissimum respicere, & sicubi circa diversa Civitatum genera diversum quoque jus emergat, his quæ dicenda erunt, accommodare propositum est.

VIII. Civitates provinciales sunt, quæ in totum Principibus aliisq; territoriorum Dominis ac Imperii Statibus subjectæ sunt; Germ: Land: oder Fürsten: Städte. Dicuntur etiam *mediata*, respectu scil: Imperii, cui mediatè subsunt, Principibus & provinciarum Dominis immediatè parentes. ReichsAbschied zu Speyer de anno 1544. §. 39. ibi: Die Frey- und Reichs: Städte / auch andere Städte / so den Fürsten oder andern Herrschaften zugehören / re. ReichsAbschied zu Augspurg de anno 1548. §. und als erstlich 47. ibi: daß etlicher Fürsten und Herren Städte / re. Vulgò quoque *municipales* audiunt, quod sint instar municipiorum, quæ olim sub Præsidibus provinciarum erant. Nov. 15. cap. 6. Sed hæc appellatio haud convenit, sed, Magnifici Dn. Mevii judicid, in discuss. levam. inop. debit. cap. 2. n. 98. & in consil. 93. n. 191. valde impropiè & à voce ipsa alienè tribuitur plerisque nostri temporis Civitatibus, utpote quæ longè ultra veterum municipiorum sortem evectæ, non modò Jurisdictionem

onem omnimodam, merum mixtumq; imperium, quò fe-
re carebant Civitates municipales veterum, *vid. M. Steph.*
de jurisd. l. 1. c. 12. n. 32. & seqq. & l. 2. p. 2. c. 2. n. 8. & seqq. sed
& quamplurimà alia jura, etiam quæ inter regalia aliàs
referri solent, vel ex singulari Principum concessione &
privilegio, vel, qui huic æquivalet, longæ vo usu, aliove
justo titulo acquisita habent & possident: Nam & rega-
lium multas species in Civitates inferiores transferri, ab
iisq; licet non jure superioritatis & ut propriè sic dicta re-
galia, attamen jure privilegii, (quamvis id quà effectum
parùm differat) exerceri posse, sicut usu compertum est,
& ratio quoque dicitur, ita post *Klock. de contrib. cap. 5. n. 101.*
& alios affirmat & probat jam sæpe laudatus *Dn. Mevius*
part. 3. Dec. 101. n. 8. & seqq. p. 7. dec. 158. n. 5. & in Comm. Jur.
Lub. passim, præprimis verò quæst. prælim. 8. per tot. Ubi occa-
sione eorum, quæ *n. 15. de concessionibus*, quas vicinæ
Civitates, *Stralsundium & Rostochium* circa usum Juris
Lubec: olim obtinuerunt, exempli causâ adducuntur, &
placuit mentionem injicere privilegiorum *Wartislai de*
Anno 1250. Barnimi de Anno 1264, & Bugislai de Anno
1289, quibus Civitati patriæ, *Gryphiswaldiæ*, ejus juris
usus pariter plenissimè concessus fuit; De quo verba
privilegii ultimo loco memorati ita sonant: *Dilectis no-*
stris Consulibus & Burgensibus universis Civitatis nostræ, Grypse
woldi donavimus omne jus & libertatem, quam Civitas Lubecensis
sive ipsius Civitatis incolæ habere dinoscuntur, ita, quod intra termi-
nos & portum Civitatis nostræ prædictæ, Consules & Burgenses no-
stri prælibati cum ipsorum successoribus eis pro tempore legitimè suc-
cedentibus, ipso jure eademq; libertate jam prænotatâ gaudeant in-
perpetuum & fruantur, &c. Hinc nec vulgatum illud axio-
ma, quod extat in *l. 16. ff. de V. S. & de municipiis Roma-*
norum intelligendum, Civitates nimirum privatorum
loco

loco haberi, porrigi simpliciter potest vel debet ad Civitates per privilegia sua & foundationes priscorum municipiorum, adeoq; & privatorum conditionem longè excedentes; & quamvis quoad has illud respectu superiorum, & iisdem non minus à Civitatibus, quàm ab aliis privatis debiti obsequii admitti possit, de cætero tamen, ratione scil. jurisdictionis, quam habent, ut & immunitatum, aut privilegiorum, quibus gaudent, pro publicis merito reputantur personis & publico jure fruuntur. *Dn. Mev. dict. qv. 8. n. 20. & in discuss. lev. d. cap. 2. n. 99.* Neque aliàs nisi imperitè & valdè ineptè ab illis ad has argumentum ducitur, quod itidem à *Dn. Mev. dd. loc. & notanter in d. Conf. 93. n. 191.* monitum legitur. Interim tamen, sicut Idem benè notat *in qv. prelim. 2. n. 65.* inter Civitates hæc provinciales magna ut circa Jurisdictionis exercitium, sic etiam quoad alia jura & immunitates, differentia conspicitur, nec illè omnes per omnia pari jure gaudent; quod vel verbò hîc tetigisse sufficiat. *Conf. Dn. Strykius diss. de Statib. provinc. c. 2. n. 67. seqq.*

IX. Præmissis his, videndum nunc primo loco est, *quomodo & quando Civitas mutuum contrahere intelligatur*: id enim ubi perspexerimus, de ipsa quoque Obligatione Civitatis simul res plana fiet. Pertinet huc nobilis illa, & sicut jam olim ab Aristotele *l. 3. polit. cap. 1. in fin. & c. 2. pertot.* ita à quàm multis recentioribus Politicis, & inter hos maximè à *Dn. Bœclero* in peculiari disertatione, pertractata disputatio, *de eo, quod Civitas egit.* Sunt enim, qui exemplum Aristotelis citato loco propositum ad solas res creditas trahunt, utentes autoritate *Ulpiani l. Civitas. 27. ff. de reb. cred.* ubi disquirat, in quantum Civitas mutui datione obligetur; sicuti factum constat à *Joh. à Felde in Analys. polit. Arist. l. 3. c. 3.* Etsi verò illi omnes, qui

qui de illustri hoc 'argumento scripserunt, non minùs ac ipse Aristoteles, non nisi de societatibus perfectis, & sui juris, quæ Civitatum etiam nomine veniunt, & aliàs Respublicæ communiter dicuntur, loquantur ac intelligendæ sint, quò minus tamen dicta de illis ad ejus generis Civitates, quæ duntaxat quædã quasi particulae & membra illarum, iisdemq; subditæ sunt, de quibus mihi tantùm sermo est, applicari queant, nihil obstat, quùm hujusmodi Civitates, utpote superiorem quidem recognoscens, non tamen minùs imperandi & parendi ordine distinctas, perfectis illis & summo imperio gaudentibus analogiã quadam respondere manifestum sit.

X. Jam, quemadmodum in Civitatibus perfectis id egisse Civitas dicitur, quod ab illo vel illis, seu majori horum parte, (nam regulariter in omnibus Conciliis seu Collegiis plurium suffragia vim habent universorum, l. 19. ff. ad municipal. Arist. 4. pol. c. 8. Bodin. de Republ. l. 3. c. 4. Mev. ad Jus Lub. l. 1. tit. 1. art. 2. n. 22. seqq. Pufend. l. 7. c. 2. §. 15. seqq.) quorum voluntati reliqui omnes in societate istã degentes suam voluntatem ita subjecere, ut pro voluntate omnium & singulorum, adeoq; pro actione Civitatis habeatur, quidquid de negotiis salutem communem spectantibus ille vel illi voluerint & circa eadem egerint, verbo: ab illis, penes quos est regimen Civitatis, proficiscitur: & hinc in imperio singulari is, qui jure regio est & Monarcha vocatur, in Aristocratia Optimates, in populari imperio, populus, in mixto statu, pro ratione & portione summæ potestatis participandæ, qui consortes sunt imperii, Civitatis nomine ac jure agere dicuntur: Ita in nostris Civitatibus id egisse Civitas intelligitur, quicquid illi, quibus Reipubl. gubernatio, & libera de rebus Civitatis statuendi potestas vel à Superiore vel

B

re vel

re vel per Conventionem inter Magistratum & Cives
initam, data & commissa est, quiq; proinde totam Civi-
tatem repræsentant, circa negotia publica fecerunt, *v. l.*
14. ff. ad municip. l. 3. §. 4. quod vi aut clam. sive solus Se-
natus, ex Consulibus & Senatoribus constans, sum-
mas teneat & exerceat, sive aliquam partem publicæ
curæ populus quoque, qui per certos ex omnibus Ci-
vibus selectos, ideoq; universum populum repræsen-
tantes, quales sunt die Hundert-*Junffzig* und Acht-Män-
ner/ ista curare solet, sibi vindicet; prout has Civitates
ut plurimum Aristocratico vel Democratico vel ex his
mixto regiminis modo gubernari constat. *Vid. Dn. Mey.*
ad Jus Lub. lib. 1. tit. 1. rubr. n. 47. seqq. & p. 5. d. 383. Matth.
Steph. l. 2. de Jurisd. p. 2. c. 2. n. 290. seq.

XI. Quod verò de act s Civitatum in genere dictum
fuit, idem quoque tenendum est de mutui acceptione,
ita, ut si illi, qui ita cum imperio sunt, ut totam Civi-
tatem in universum repræsentent, ejus nomine mutuam
pecuniam sumant, ipsa Civitas, non minus ac si omnes
cives convocati essent & in mutuum consensissent, con-
traxisse & mutuum accepisse videatur. Ratio ex supra
dictis fuit, quod in tales Magistratus talem in se suaq;
potestatem Civitas contulisse intelligatur; Undè & illi
Procuratoribus cum libera non malè assimilantur. *Coler.*
de process. exec. p. 2. c. 3. n. 362. Dn. Mey. p. 3. dec. 229. n. 2. Uti
autem quilibet cœtus, non minus quàm singulares per-
sonæ, jus habet se obligandi per se aut per majorem sui
partem, ita eum hoc jus transferre posse tum expressè
tum per consequentiam necessariam, puta imperium
transferendo, rectè docuit *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 14. n. 11.*
quod tamen, quæ Civitates Superiorem recognoscentes,
salvis semper juribus Superioritatis, Principisq; po-
testate, accipiendum, nec latius extendendum est, quàm
quo.

quousque jurisdictio & jura Civitatis hujus vel illius
patent. *V. Mev. ad Jus Lub. quest. pralim. 2. n. 55. seqq.* Eò re-
ferri quoque debent illi, quibus summa quidem Reipubli-
commissa haud est, illa tamen ejus pars, quæ circa rem-
pecuniariam, & eò pertinentia negotia versatur, eo mo-
do concedita est, ut ipsis facultas mutuo, ubi opus fue-
rit, sumendi pecuniam in usus publicos, sicq; Civitatem
obligandi simul concessa fuerit: nam & hi in tali nego-
tio, dum ex voluntate populi agunt, quod ipsorum curæ
demandatum est, Civitatem repræsentant, *arg. l. 15. pr. ff.
de inst. act. Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 4. n. 69. &
valet hic regula; quòd factum Officialium habeatur pro
facto singulorum. Mev. d. dec. 229. n. 6. & p. 8. dec. 162. n. 4.
& 5. Conf. Eund. ad Jus Lub. l. 1. tit. 1. rubr. in addit. vers. Tertio.*
Simile quidpiam obtinet etiam in casu, quando in Con-
ventibus Provincialibus ab Ordinibus, in usus totius
Provinciae vel Civitatum, quæ peculiare corpus consti-
tuunt, communi suffragio mutuum contrahitur: Etsi e-
nim illis conventibus tantum ferè intersunt, qui Magi-
stratum gerunt, & alias potestatem obligandi Civitatem
non habent, nec eam in talibus repræsentant, quicquid
tamen illi per suos Deputatos in communi causa fece-
runt, hoc obstringit instar legis publicæ Civitatem, vel-
ut membrum Provinciae. Quando enim causas provin-
ciales quælibet Civitas, quæ ordinem Provinciae consti-
tuit, in publicis Conventibus per Magistratus suos ex-
pedit, his quoque potestas contrahendi & statuendi, quæ
ex usu provinciae esse judicantur, data conferur, habe-
turq; propterea, ac si ipsa Civitas fecisset. *Mev. dict. dec.
229. n. 18. & 162. n. 6.*

XII. In his autem & similibus, quod in universum
hic notandum, ad Reipubl. formam legemq; & consue-
tudi-

tudinem civitatis accuratè respiciendum est; In quantum enim ex Reipubl. Constitutione vel ex lege seu more civitatis potestas contrahendi ejus nomine, ad eòq; illam obligandi certis personis certoq; collegio competit, qualis non præsumitur, *Mev. p. 1. dec. 202. n. 6.* in tantum valida obligatio efficitur. Quibus verò ea potestas concessa haud est, hi obligare civitatem minimè valent, nec ex illorum contractu adversus hanc cuiquam obligatio acquiritur. *Mev. p. 5. dec. 383.* Sed nec illud præmittendum hoc loco est, quod non præsumatur, contractum à Magistratu s. Rectoribus civitatis cum consensu populi seu eorum, qui ex constitutione civitatis illum repræsentant, initum esse, sed oporteat eum, qui id dicit, qualitatem illam probare. *l. 13. §. 2. ff. de public. in rem act. Mev. p. 5. dec. 384. n. 1.* Rationem Ille addit, quod ea solennitas substantialis quidem sit, sed extrinseca, cujus accessus non præsumatur, sed probari debeat. Unde probari non possunt, quæ *Colerus de process. exec. p. 2. c. 3. n. 364.* & ex eo *Carpzov. p. 2. const. 6. def. 18.* asserit, præsumi istum consensum totius Ordinis Decurionum, si in instrumento expressum sit, quòd Consules & Senatores trium consiliorum unà cum tribunis plebis in mutuum consenserint, & sigillo communi civitatis roboraverint istud instrumentum, cum populus præsumatur approbasse omnia, quæcunque mediante sigillo communi administratoribus commisso gesta sunt. Neque enim sufficit in instrumento obligationis scriptum esse, cum consensu tribunorum plebis aut consilii popularis rem esse actam; cum in re tanti momenti cum detrimento civitatis Magistratus nudæ assertioni non credatur, nec iste confessione suâ præjudicare civitati possit, uti ipse *Colerus d. l. n. 352.* in simili concludit. *jung. Henning. Gæden. de jure civit. cons. 5. n. 23.* Similiter non obstat, communi civitatis sigillo chirographum

phum munitum esse, nisi simul constet, illud sub custodia civium esse. *Mascard. de probat. vol. 4. concl. 1309. n. 15.* In dubio enim non præsumitur sigillum appositum esse voluntate Domini, *Masc. d. l. n. 8. 10.* nec illud probat in his, quæ sunt aliena ab officio sigillantis. *Idem n. 27. seq. Menosh. l. 2. præsumpt. 57. n. 13.* & aliàs facillè futurum esset, sunt verba *Coleri cit. loc. n. 355.* ut administratores prodigi pro habendo pecuniam, acciperent mutuam, abutendo sigillo communi, & c. ubi in seqq. illud exemplo declarat. *Add. Dn. Med. d. Dec. 384. & Gæden. d. conf. 5. n. 3.* Fortiorem præsumptionem facit instrumentum non solo Civitatis seu Senatus sigillo corroboratum, sed si præterea civium quoque Collegia sua sigilla habeant, quibus in obsignandis obligationum aliisq; instrumentis utantur; sicuti hinc Gryphiswaldiæ moris est, ubi instrumentis obligationum præter sigillum Senatus sex quoque Collegiorum sigilla, puta der beyder Compagnien Verwandten und vier Gewercke / à Senioribus cujusque Collegii, in quorum etiam manibus sunt, apponi solent; quod indicium est, illa mercatorum opificumq; Collegia, vel potius selectos ex illis quinquaginta Viros universum populum hinc loci repræsentare, & ut in aliis arduis negotiis, ita & ubi mutuum contrahendum, in consilium adhibendos esse. Id quod ex conventionione inter Senatum & cives anno 1623. initâ, & à PHILIPPO JULIO gl. mem. Duce Pomeraniæ anno sequenti confirmatâ clarè elucet, cujus verba *cap. 5.* ita habent: *Das nach dem Exempel anderer benachbarten Städte / Funffzig Männer aus der Bürgerschaft erwählt werden sollen / welche in fürfallenden hochangesehenen Stadt-Sachen / an statt der allgemeinen Bürgerschaft / mit einem Ehrbaren Rahte tractiren / handeln und schliessen können etc.* Et sic hodiè usu servatur. Hinc ob-

ligationes hunc ferè in modum conceptæ conspi-
ciuntur; Wir Bürgermeistere und Rath / imgleichen beyder
Compagnien Verwandte und vier Gewercke / (vel, ut in a-
liis: wie auch verordnete funffzig Männer) der Stadt Greiff-
wald / uhrkunden und bekennen für uns / unsere Successoren
und ganze Ehrliebende Bürgerschaft etc. Item: Solches als
tes stet / fest und unverbrochen zu halten / loben / versprechen und
gereden wir vor uns / unsere Successoren und ganze gemeine
Bürgerschaft etc. Meritò itaq; Creditores circa hæc probè
soliciti sunt, ne, dum cum illis, qui tali potestate destitu-
untur, inconsideratiùs contrahunt, damno adficiantur,
& quod facilè contingere potest, pecuniæ suæ jacturam
faciant. Lubricum enim est, monente *Zasio ad l. 27. ff. de
reb. cred.* quem citat *Lauterbach in Disp. ad L. Civitas. c. 3. §. 10.*
contrahere cum civitatis administratoribus. Sed de his
infra dicetur.

XIII. Porro ipsa Civitas mutuum contrahere dici-
tur, quando omnes Cives vel per præconem vel per so-
num campanæ, vel alio usitato modo, jussu & authorita-
te Magistratus convocati communi consensu vel ex-
pressè vel tacitè, quod fit, quando præsentibus civibus
à Syndico vel alio quopiam Civitatis nomine contrahi-
tur, *Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 37. n. 5. Mer. d. dec. 229. n. 14.* de-
clarato, mutuan pecuniam accipiunt. Etenim uti in a-
liis quibusdam arduis & maximi momenti negotiis uni-
versas civium cœtus convocari, ejusq; consensus à Ma-
gistratu adhiberi solet, *Greiffow. Bürger-Vertrag cap.
6. §. 5.* ibi: Imfall sie (die Funffzig Männer) die von E. E.
Rathe proponirte puncta der Wichtigkeit befinden würden/
daß sie mit der andern Ehrliebenden Bürgerschaft Rücksprache
zu halten/ eine Nothwendigkeit zu seyn erachteten / etc. ubi in-
teqq. de consensu Senatus desuper à civibus petendo, ut
& de

& de modo convocandi & consultandi agitur. *Conf. §. 2. ibi: Es soll aber auch E. C. Rahte / als der Obrigkeit / wie an sich allermaßen billig / reserviret und vorbehalten seyn und bleiben / wann derselbige es nötig zu seyn erachten wird / die allgemeine Bürgerschaft auch convociren und zusammen fordern zu lassen. Ita & circa mutuum contrahendum, præsertim si magnâ pecuniæ summâ egeat civitas, vel aliæ circumstantiæ id sudeant, fieri illud potest & expedit. Vid. Laurerbach. dict. Disp. c. 3. §. 9. & ibi formula instrumenti super ejusmodi contractu confecti. Nec dubium esse potest, quin, quod dicto modo ab omnibus civibus agitur & fit, pro eo habendum sit, ac si ipsa Civitas egerit, quum Civitas ex illo civiū cœtu constet, & hic illam constituat.*

XIV. Denique ipsa Civitas contrahere censetur, si Syndicus vel administrator Civitatis speciale mandatum ad mutuum accipiendum, s. in certam aliquam causam s. in genere, *Loes. de Jur. univ. p. 3. c. 4. n. 11. vel etiã secundum Card. Tuschum vol. 1. concl. 282. lit. C. n. 7. generale ad obligandã Civitatem ex quocunque contractu habeat, idq̃ vel ab omnibus Civibus, vel ab iis, qui ex lege & more Civitatis aut circa universum ejus regimen, aut saltem circa hujusmodi negotia vices populi gerunt, eumq̃ repræsentrant; Videtur enim gessisse, qui per alium gessit. l. 5. §. 3. ff. de adm. & peric. tut. l. 56. de solut. c. qui facit per alium de R. J. in 6. nec interest quicquam, ipsa Civitas contraxerit, an verò is, cui specialiter hoc mandatum est. l. 6. §. 1. ff. quod cujusq̃ univ. nom. l. 21. pr. ff. de pign. Hartm. Pist. d. qu. 37. n. 48. Mer. d. d. 229. n. 13. Perindè autem est, utrum mandatum præcedat, an subsequatur ratihabitio seu approbatio contractus, sive expressis verbis, s. factis subsequitis per eos, qui circa illam rem Civitatem repræsentrant. Ratihabitio namque mandato æquiparatur l. 12. §. fin. ff. de solut. l. ult. pr. C.*

ad.

ad SC. Maced. & nihil refert, voluntatem suam quis declaret verbis, an re ipsa & factis l. 6. ff. de reb. cred. l. fin. §. 2. ff. de divor. c. 52. X. de appellat. cum simil. v. eluti si per aliquot annos usuras illi ex ærario Civitatis solverint. Hòc enim & similibus casibus mutuum à nudis administratoribus contractum obligat imposterum Civitatem. arg. l. 5. C. de usur. & ita, cum aliquando talis casus occurreret, contra Civitatem pro creditore judicatum esse testatur Dn. Mev. ad rubr. d. l. vers. Tertio, in fin. Conf. Zahn. icbnogr. mun. c. 89. n. 17.

XV. Et his ferè modis ipsa Civitas mutuum contrahere & accipere intelligitur. De quo tenenda est generalis hæc regula, quòd civitas ex mutuo istis modis contracto statim & efficaciter obligetur, nec tunc probari necessum sit, pecuniam mutuò acceptã in utilitatem versam esse: idq; probatur inter alia arg. c. pen. X. de fidejuss. l. 31. pr. ff. de neg. gesti. l. 3. §. 4. de in rem vers. Quod n. in l. Civitas 27. ff. de reb. cred. dicitur, civitatẽ mutui datione obligari posse, si ad utilitatẽ ejus pecuniã versã sunt, illud ad eos casus, quando ipsa Civitas contrahit, minimè pertinet, prout verba sequentia illius legis clarè ostendunt, sed de mutuo per administratores simplices contracto intelligendum est. At hìc secus se res habet, ita ut Civitas non minùs ac alius quilibet privatus ex suo contractu teneatur. Treutler. vol. 1. Disp. 20. lit. a. nec docenda sit in rem versio, d. c. pen. X. de fidejuss. & c. V. Lauterb. in d. disp. ad l. Civitas, c. 3. §. 9. 11. & 12. ibiq; Dd. alleg. Mev. p. 3. det. 229. n. 13. 16. & part. 9. dec. 162. n. 6. seq. Pinell. suprã cit. loc. p. 2. c. 4. n. 69. Trenciacinqv. l. 2. tit. de procurat. resol. 1. n. 9. Tuschus d. concl. 282. n. 6. seq. Fachin. 2. Controv. 75. ubi in fine rectè perstringit Alciatum, qui regulam nostram tantum in Civitate libera, non verò in non libera & superiorem recognoscente procedere statuit; sed ea præsumatur, Lofa. d. cap. 4. n. 8. & 11. Sed nec illam quo-

quorundam distinctionem, utrum exigua sit mutui quantitas, ut ex bonis Civitatis mobilibus non pretiosis solvi queat, an verò tanta, ut ad mobilium pretiosorum vel immobilium alienationem procedendum sit, hinc admitto, sed posteriori quoque hoc casu regulam nostram locum habere, cum *Bruning. de var. univ. spec. concl. 76. qui hanc opinionem communem dicit, à qua in judicando recedendum non sit, Menoch. de A. J. Q. l. 2. cent. 5. cas. 432. n. 7. seqq. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1166. n. 17. seqq. & aliis statuo.*

XVI. Potest autem Civitas mutuum accipere etiam sub usuris, & ex tali mutuo eam non minus obligari, ac si gratis & sine fœnore ipsi pecunia mutuo data esset, contra Socinum rectè asserit *H. Piff. d. qv. 37. n. 28. Mascard. de probat. d. concl. 1166. n. 6. seq.* Pari ratione bona quoq; Civitatum pro mutuo expressè obligari & supponi posse, negandum non est, ab illis nimirum, qui potestatem eam secundum prædicta habent. *Trentacingro. d. l. n. 9. pr. quod si ab iis, qui nudi tantum sunt administratores, bona Civitatis pro mutuo ejus causâ contracto obligentur, ad validitatem istius obligationis requiritur mutuum in rem Civitatis versum esse; quomodo accipienda est l. 11. pr. ff. de pignor. & hypoth. Brunnem. ad illam leg. n. 1. ubi Neguzant. allegat.* An verò pactum ingrediendi & apprehendendi bona Civitatis propriâ autoritate, non soluto debito, de rebus Civitatis interponi possit, disputari potest? Quemadmodum autem de bonis Ecclesiæ id rectè affirmatur, dummodò ex solennitates interveniant, quæ aliàs in alienationib; rerum Ecclesiasticarum desiderantur, atq; à persona plenam administrationem earum habente ineatur. *arg. l. 12. C. de Episc. & Cler. Mer. in Disp. inaug. de legit. propr. & privat. author. exercit. th. 12. ita & de bonis Civitatis, quæ in patrimonio ipsius sunt, non potest non ejusmodi pactum,*

C

ctum,

Etum, sub debitis tamen solennitatibus, juxta *l. fin. C. de vend. reb. Civit.* utpote quibus renunciare non licet. *arg. l. 38. ff. de pact. Lofa. de jur. Univ. p. 3. c. 5. n. 14. seqq.* admitteri.

XVII. Cæterum obligatâ eo, quo dixi, modo Civitate, ejusq; bonis, ipsa quidem Civitas, tanquam Universitas collectivè sumpta, nequaquam autem singuli Cives horumq; bona, nisi fortassis in subsidium, de quo infra th. 41. dicetur, obligantur. Sicut enim, quod debetur Universitati, non debetur singulis, ita nec, quod debet Universitas, singuli debent, *l. 7. §. 1. ff. quod cujusq; univ. nom. & quemadmodum bona Universitatis non sunt singulorum, §. 6. l. de rer. div. l. 6. §. 1. ff. eod.* ita nec singulorum bona sunt Universitatis, nisi quod improprie saltem interdum bona privatorum, bona communitatis dici soleant. *§. 11. l. de rer. div. l. 5. §. 15. ff. commod. Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 371. Carpz. p. 2. c. 6. def. 24. n. 4. seq. Berlich. p. 1. concl. 76. n. 3.* Equidem in Civitatibus perfectis & superiorem non recognoscentibus, non quidem mero naturæ jure, quò ex facto alieno nemo tenetur, nisi qui bonorum successor est, sed jure gentium, uti Grotio adpellatur, voluntario inductum est, ut pro Reip. debito teneantur & obligata sint bona omnia corporalia & incorporalia eorum, qui Civitati isti subsunt; Ex quo etiam repræsentiarum justitia dependet; qua de re vid. *H. Grot. l. 3. c. 2. per tot.* sed in aliis Civitatibus ob manifestam diversitatis rationem secus est. Idq; verum est etiam illis casibus, in quibus vel omnes Cives ipsi congregati unanimi consensu, vel ex speciali illorum mandato Syndicus vel administrator Civitatis secundum ea, quæ suprâ in th. 13. & seq. dicta sunt, mutuum accepit; nam & tunc non singuli Cives, sed omnes simul & ut Universitas, utpote cujus nomine & causa contractum fuit, quod in obligationibus spectatur. *l. 6. ff. de Col-*
las.

lat. obligantur. l. 2. ff. quod cuiusq. univ. nom. H. Piff. d. qv. n. 6.
Mev. de arrest. c. 8. n. 206. seq. & p. 6. dec. 111. Diss. Gædd. ad l. 17.
n. 22. de V. S. Nisi tamen Cives contrahentes semetipios
singulatim obligare voluerint idq. expresse ab iis dictum
fuerit, vel etiam speciale atque expressum mandatum
Administratori ad hoc dederint, ut pro pecunia, Civita-
tis vel ipsorum nomine mutuâ sumptâ, singulas eorum
personas & bona obliget. H. Piff. d. l. n. 7. Berlich. d. concl. 76.
n. 16. 18. seq. Mev. p. 2. dec. 212. Carpzov. d. l. def. 25. n. 3. nec in-
terest tunc, an singulorum Civium nomina specialiter ae-
figillatim literis obligationis inserta fuerint, nec ne. Coler.
d. l. n. 372. seq. Mev. de arrest. d. c. 8. n. 209. Hoc tamen casu
consentientes tantum tenentur, nec licet major populi
pars consenserit, absentibus id præjudicat; quum in his,
quæ competunt pluribus non ut universis, sed ut singulis,
major pars minori præjudicare nequeat. c. quod omnes. de
R. J. in 6. H. Piff. d. l. n. 10. seq. Mev. de arrest. d. c. 8. n. 213.
Knipschild. de Jur. Civit. Imp. l. 5. c. 6. n. 16. Idem est, si obli-
gatio talis facta sit per illos, quibus non tantum Reipubl.
gubernatio commissa, sed prætereà generaliter ea pote-
stas, quæ tamen non præsumitur concessa, sed ex statuto
& consuetudine probanda erit, data est, ut quicquid de
capite & fortunis singulorum Civium pro usu Reip. sta-
tuerint, ratum sit, sicq. Cives eorumq. bona pro debito
Civitatis obligare possint. Mev. d. dec. 212. n. 3. & de arrest.
d. l. n. 211. 215. seq. Zahn. ichnogr. munic. c. 89. n. 10. seq. & c. 71.
per tot. Quæ tamen, quamvis sat lata, potestas non sine
ratione his cancellis includitur à Dd quòd adesse debeat
urgens necessitas, aut evidentissima utilitas publica, ob
quam natura, ratio aut lex Cives ad conferendas pecu-
nias adstringeret; Deinde oportebit omnes Cives per-
æque obligari, non verò in unum vel alterum, ditiores
C 2 forte,

fortè, absque horum speciali consensu, prætermisfis cæ-
teris, obligationem dirig. re permisum erit. *H. Piff. d. l. n.*
16. 17. ibiq. addit. lit (1.) Mev. de arrest. d. l. n. 218 seq. Quibus
verò ea potestas non est, illorum obligatio de jure non
subsistit, nec tenentur Cives singuli, etiam si bona ipso-
rum expressè aut specialiter ab his oppignorata fuerint.
Mev. d. l. n. 210. seqq. Berlich. d. concl. 76. n. 3. Richter. p. 1. dec 71.
n. 12. Ipsorum tamen contrahentium bona propria per hoc
meritò obligata censentur. *Berlich. d. l. n. 4. Carpz. d. def.*
25. n. 3.

XVIII. Quoties tamen singuli Cives obligantur,
regulariter & in dubio non in solidum, sed pro ratâ tan-
tùm, quæ tamen juxta Ripam, quem citat *Coler. d. l. n. 380.*
& *Mev. de arrest. c. 8. n. 223.* non secundum numerum perso-
narum, sed juxta æs & libram seu modum facultatum
computanda est, obligati censentur. *arg. l. 11. §. fin. ff. de*
duob. reis constit. Secus autem est, si in solidum se expressè
obligaverint, vel ejusmodi formulis usi fuerint, quibus
divisionis beneficium præclusum censetur. Verba enim
obligationis præprimis hîc attendenda esse, benè mo-
nent *Dd. Coler. & Mev. dictis locis. Carpz. p. 2. C. 6. def. 26.*
Hinc sicut verba illa, *Universi & singuli, sampt und sonders*
per se singulos in solidum non obligant, *Mev. d. l. & p. 6.*
dec. 112. ita si aliæ quædam circumstantiæ concurrant, ex
quibus diversa mens contrahentium apparet, aliud di-
cendum est, cujus elegans exemplum habet *Dn. Mev. p. 8.*
dec. 161. Quibus autem casibus singuli Cives obligati
sunt, iis etiam hæredes eorum teneri notat post *Hartm.*
Pistor. Berlich. d. concl. 76. n. 21.

XIX. Similiter, nec eos, qui nomine Civitatis vel ra-
tione officii, quod gerunt, & vigore concessæ sibi pote-
statis, vel vi specialis mandati contrahunt, proprio qui-
dem

dem & privato nomine inde obligari certissimum est. Neque enim id agitur, (id quod semper & in omnibus contractibus inspiciendum est. *l. 34. de R. l. l. 4. ff. de V. O.*) ut illi proprio nomine obligentur, sed hoc, ut Civitas, cujus causâ & nomine contractum fuit; Dum itaque animus obligandi se atque sua bona abfuit, nulla quoque inde obligatio nasci potuit. *l. 3. §. 1. ff. de O. & A. l. 19. pr. de reb. cred.* Creditores quoque, dum us de mandato vel officio contrahentium constat, non horum contemplatione pecuniam mutuo dare, sed Civitatem respicere, illiusq; fidem sequi censentur; Cujus autem persona in contrahendo spectatur, illum maxime obligari, & adversus eundem actionem dari, licet alius ipsius nomine contraxerit, juris est manifesti. *l. 6. §. 1. ff. de neg. gest. l. fin. ff. pro soc. §. fin. Inst. quod cum eo, qui in alien. potest. cum simil. Mey. p. 2. d. 312. Lauterb. d. c. 3. §. 20. seqq.* Interim illos, qui nomine Civitatis contraxerunt, ejusdem sicque administratorio nomine, durante officio, conveniri posse & solere, ut nimirum ex bonis non propriis, sed Civitatis, cui præsunt, cujusq; bona administrant, Creditori satisfaciant, negandum non est. *arg. l. 4. ff. quod ius. l. 7. §. 1. ff. de inst. act. l. 2. de admin. tut. Lauterb. d. §. 20. Struv. Syntagm. Jur. Civ. exerc. 31. th. 48. seq.* Fallit tamen supradicta assertio, & obligantur proprio nomine contrahentes, si expressè dixerint, quòd suo quoque nomine teneri vel res suas obligatas esse velint. *l. 3. §. 2. ff. de admin. rer. ad Civit. pertin. l. 67. ff. de procurat. Faber in Cod. l. 4. tit. 7. def. 15. vel si juxtim communi & suo nomine sponderint, quo casu simul procuratores & fidejussores censentur. Mey. d. dec. 312. n. 10.* Sic & proprio se nomine obligasse judicantur, si pro se & suis hæredibus, für sich und ihre Erben / solutionem promiserint. *Carpz. l. 4. tit. 10. Resp. 80. n. 4. seq. Lauterb. d. Disp. §. 23.*

XX. Circa mutationes, quæ in Civitatibus contingere solent, quæri potest, an & quatenus Civitas ex mutuo antefactam mutationem contracto obligata maneat? Et quum ex tali contractu ipsa, uti dixi, Civitas, non verò singuli Cives, nisi illis in casibus, de quibus in th. 16. dictum, nec illi, qui nomine Civitatis vi concessæ sibi potestatis mutuum acceperunt, obligentur, dicendum videtur, nisi talis accidat mutatio, quæ Civitas penitus esse desinit, quod quomodo fieri queat, apud *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 9. n. 4. seqq. & Pufend. de J. N. & G. l. 8. c. 12. §. 8. seq.* videre licet: durare obligationem, etsi vel singuli Cives ita, ut nemo illorum, qui contractui interfuerit, in vivis amplius sit, vel illi, qui cum imperio Civitati, ita ut eam repræsentent, præsent, mutati fuerint, in quibus eorum locum alii successerint; Dum enim mutatis & demortuis licet, singulis Civibus, alii continuò succedunt, hac successionis continuatione idem semper populus, eadem Civitas est & manet, iisdemque juribus fruitur, *l. 7. §. 2. ff. quod cuiusque univ. nom. l. 76. ff. de judic. Gvid. Papa quasi. 279.* id quod exemplo fluminis, quod, licet aqua illius transmittatur, idem tamen manet, declarat *Arist. 3. Polit. c. 2.* Multò verò minùs mutatio Magistratus obligationem Civitatis dissolvit, quum & illà non obstante eadem maneat Civitas. *d. l. 76. de judic.* Quin & successores in officio rata habere tenentur & servare facta antecessorum, in quibus illos obligatio derivatur, quatenus tamen ipsa Civitas, cujus curam gerunt, obstringitur. *Mev. p. 3. dec. 230. Conf. Grot. d. l. c. 14. n. 10. seqq. Pufend. d. l. 8. c. 10. §. 8.* ubi de obligatione successorum Regum tractant. Hinc Instrumentis obligationum hæc semper clausula inserta legitur: *Wir etc. unterschrieben und bekennen für uns/ unsere Successoren / etc.*

XXI. Pari modo mutatâ Civitatis formâ, ita ut quæ antea,

antea, cum mutuum contraheretur, Aristocratica erat, nunc Democraticè regatur, & vice versâ, vel etiam communicata cum Civibus fit potestas, quæ hæctenus penes Senatam tantum, exclusis Civibus, fuit, non tollitur obligatio, sed Civitas obstricta manet. *Pufend. d. c. 10. §. 8. in fin. & c. 12. §. 2.* An autem mutatâ Reipubl. formâ alia vel eadem sit dicenda Civitas, quorum prius Aristoteles *d. l. & cum eo Mejer. in analys. concl. 27.* posterius contra Philosophum, Grotius *d. l. 2. c. 9. §. 8. & 10.* & ejus Commentator Bœclerus in *Dis. de eo, quod Civitas egit*, statuunt, & utrum, formæ Civitatum accidentales, an verò essentielles sint, disquirere non est hujus loci. Vide sis hac de re *Aut. modo citatos.* Illud fortassis non inconveniens hîc fuerit quærere, an divisa Civitate per factiones, quod interim ab una parte æs alienum contrahitur, eadem Civitate unitâ, omnes, adeoq; Civitas debeat? Quæ quæstio quondam Athenis ventilata, ita decisa fuit, quod æs alienum ab illa parte, quæ in Civitate manserat, publico nomine contractum pro debito omnium habendum & ab omnibus solvendum esset; quod decretum laudat & gravissimò judiciò illustrat Boxhornius in *diq. polit. casu 53.*

XXII. Enimverò, quando mutuum non ab ipsa Civitate iis modis, quos suprâ tetigi, sed ab Administrato-ribus illius, quibus quidem rerum Civitatis administratio, vel etiam Reip. cura & gubernatio commissa est, qui tamen totam Universitatem non repræsentant, nec eam obligandi potestate pollent, neq; etiam speciale ad hoc mandatum habent, quamvis nomine & causa Civitatis, contrahitur, an, & quat. tunc Civitas obligetur, nunc paucis, ut temporis rationem habeam, dispiciendum est. Ulpianus in sæpe citata *l. Civitas 27. ff. de reb. cred.* distingvit; utrum pecunia, vel alia res, ut quidam loquuntur,

mutua

mutuabilis, ab Administratore mutuò accepta, in rem & utilitatem Civitatis versa sit, nec ne; & priori quidem casu ipsam Civitatem, posteriori, illos solos, qui contrahere, non Civitatem, teneri respondet. Quæ quidem Jcti decisio æquitate naturali manifestò nititur: quod enim primum casum attinet, quamvis ex alterius contractu neminem obligari certissimum, ut loquuntur Imp. in l. 3. C. ne uxor pro marit. l. 11. ff. de O. & A. neque sanè Administratoribus Civitatis potestas illius nomine contrahendi, eamq; obligandi, vel à lege vel ab ipsa Civitate simpliciter data sit, ex quo aliàs modò dicta regula limitationem patitur, dum tamen iisdem saltem in genere negotia Civitatis pro communi utilitate administrare concessum, illiq; non modò è re Civitatis esse, ut pecuniam mutuò sumant, judicaverint, sed eam reapse quoque in utilitatem illius impenderint, meritò Civitas ad solutionem istius pecuniæ in ipsius commodum conversæ obligatur, nec minùs bonorum ejusdem ab Administratoribus eo nomine facta oppignoratio valida est. l. 11. pr. ff. de pignor. Jure enim naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuriâ fieri locupletiores, l. 206. de R. J. l. 14. ff. de condict. indeb. & aliàs quoque ad quemcunque pecunia mea pervenit, eam mihi ab illo reddi bonum & æquum est. l. 32. ff. de reb. cred.

XXIII. Dicitur autem versa in utilitatem Civitatis pecunia, non tantum, quæ immediatè in usum illius collocata est, ut, si pecunia mutuò accepta aliis Creditoribus ejus soluta, vel in necessariam refectioem & dificiorum publicorum, vel etiam in mercedes & salaria Officialium Ministrorumq; Civitatis impensa, aut res necessariae vel utiles eâ emptæ fuerint, &c. sed etiam illa, ex qua aliàs non levem utilitatem Civitas percipit, vel si in id conversa

versa fuerit, quod Civitas quacunque ratione debuit.
Mem. ad Jus Lub. in addit. ad rubr. l. 1. tit. 1. vers. Sexto. Lauterb. d. l. c. 2. §. 7. Circa illud verò exemplum, quod à *Lauterbach. d. l. c. 3. §. 9.* aliisq; Dd. hinc adducitur, si nempe pecuniam mutuo acceptam alteri nomine Civitatis vicissim crediderint administratores; quod eo ipso nomen Civitati adquiratur, & sic utilitas ejus augeatur, juxta *l. 3. §. 5. ff. de in rem vers.* considerandum præterea esse puto, an etiam nomen illud satis idoneum sit, & an ab Administratores ea fuerint observata, quæ in credenda Civitatis pecunia attendenda esse supra in th. 2. monui. Inidoneum enim nomen Civitatis agnoscere non tenetur, & quamvis periculum ejus ad Administratorem pertineat, *l. 37. §. 1. ff. de neg. gest. l. fin. C. quo quisq; ord. conven.* facile tamen contingere posset, ut is quoque facultatibus laboraret, sicq; in damno collocaretur Civitas: hinc ex mutuo, quo tale nomen adquisitum ab illo est, obligata haud erit Civitas, & illud in utilitatem ejus versus esse nequaquam dici potest: Vix etiam permixtae Administratores videntur hujusmodi versuræ, nisi insigne aliquod commodum inde perceptura sit Civitas, vel aliæ circumstantiæ id licitum faciant. Cæterum quæ ad voluptatem potius quam ad necessitatem vel utilitatem Civitatis pertinent, illis, si quicquam ab Administratores impenditur, id in rem Civitatis versus dici non potest. *arg. l. 27. ff. de neg. gest. l. 10. §. 10. ff. mandat. Wes. in parat. ff. de in rem vers. n. 4.*

XXIV. Notandum tamen hinc est, ut pecunia in utilitatem Civitatis versa censeatur, sufficere, eam semel in rem ejus versam fuisse, etiamsi illa utilitas non amplius duret, sed mox evanuerit, c. g. si Administrator rem Civitati necessariam emerit, illaq; postea casu aliquo interierit. *l. 22. ff. de neg. gest. l. 3. §. 7. de in rem vers. Conf. l. 47. pr.*

D

& §. 1.

Et §. 1. ff. de solut. Idem quoque dicendum est, siquidem in
 utilem ac necessariam causam pecunia mutuò accepta
 fuerit, ea tamen, priusquam ab Administratore in illam
 causam verteretur, sine hujus culpa casu aliquo fortuito
 perierit. arg. l. 17. pr. ff. de in rem vers. Sufficit enim à prin-
 cipio rem utiliter gestam esse, nec officit, si forte eventus
 non responderit, nec effectum habuerit negotium. l. 10. §.
 1. l. 12. §. 1. ff. de neg. gest. l. 4. C. mandat. junct. l. 3. §. 2. ff. de in-
 rem vers. Videri possunt latius hac de re Hartm. Pist. d. 9.
 37. n. 39. seq. Carpz. l. 2. tit. 10. Resp. 107. n. 13. seqq. Mer. in add.
 ad rubr. d. l. versic. Quinto. Lauterb. d. c. 2. §. 8. Et ab bis allegati
 Dd. alij.

XXV. Antè omnia verò de versione in rem Civita-
 tis factâ constare debet, eaq; probanda est non à Civita-
 te, sed à Creditore, arg. d. l. 27. ff. de reb. cred. §. 5. Inst. quod
 cum eo, qui in alien. potest. Conf. l. un. C. de solut. Et liberat. debit.
 civit. auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. l. 16. C. de pred. min.
 H. Pistor. d. l. n. 30. Carpz. p. 2. Const. 6. d. 19. Richter p. 1. dec. 71.
 (Hinc etiam in Regio Dicasterio, quod hîc loci est, in causa
 Lucae Puschen Erben contra Senatum hujus loci d. 19.
 Febr. anno 1650. ex consilio Jctorum Jenensium h. m.
 pronunciatum fuit: Die ungeständige Posten anlangend/
 ergethet auch derselben halber / wann Klägerer erweisen / daß sol-
 che in gemeiner Stadt Nutzen verwendet worden / ferner was
 recht ist. D. R. W.) ejusq; hæredibus. Vid. Richter. d. n. 6.
 in fin. ibi in responsio: Do des Creditoris Erben / wie zu Rechte
 erheblich darthun und erweisen könten. etc. Idq; verum est,
 etiam si in Instrumento dicatur, pecuniam in rem Civita-
 tis versam esse, hæc siquidem Administratorum confes-
 sio Civitati non præjudicat, nec Creditorem ab onere
 probandi relevat. Hartm. Pist. d. l. n. 31. Coler. de process. exec.
 p. 2. c. 3. n. 352. Carpz. d. def. 19. n. 9. quamvis ea obliget
 confi-

confitentes ad assistendum Creditori, & suggerendas probationes versionis, *arg. l. 20. cum seq. C. de Evict. Mer. ad dict. rubric. versic. Octavo.* ad eò ut si hoc facere recusaverint, contra ipsos jure dirigatur actio. *H. Pist. n. 42. ubi num. seq.* addit: Creditorem etiam ab initio, priusquam cum Civitate experiatur, implorare Judicis officium posse, ut Administrator, quò pervenerit mutuum, ostendere cogatur. *Conf. Richter. d. dec. 71. n. 7. ubi eleg. responso hanc rem illustrat.* Imò Creditor contra Civitatem agens, editionem rationum ejus temporis, quo credita à se est pecunia, à Civitate vel ejus Administratoribus jure petere potest, & easdem ei exhiberi æquum est. *arg. l. 38. ff. de evict. Mer. ad dict. rubr. vers. Septimo. & p. 5. dec. 386.* De his atque similibus fufius egit sæpè citatus *Lauterb. in dict. disp. c. 5. §. 4. 5. & 6.* quò Lectorem brevitatis ergò remitto. Quod si non contra Civitatem, sed contra Administratores, qui pecuniam acceperunt, actio instituat, & hi excipiant, se nomine Civitatis contraxisse, & pecuniam versam esse in ejus commodum, hujus exceptionis probatio ipsis Administratoribus incumbit. *arg. l. 19. pr. ff. de probat. Serv. exerc. 16. th. 21. Bruning. de var. univ. spec. concl. 79. in fine.*

XXVI. Et illis quidem modis non immeritò Creditori suum petenti circa hanc versionis probationem succurritur, utpote quæ, fatente ipso Imperatore in *§. 5. l. quodcum eo, qui in al. potest.* valde difficilis est; versatur enim circa factum potissimum alienum, cujus probabilem ignorantiam habere videtur. *l. ult. ff. pro suo.* Et hæc etiam est ratio, quò hîc non requiratur usque ad eò plena & ocularis probatio, quin in defectum aliarum probationum admittantur quoque verisimiles conjecturæ & præsumptiones, de quibus præter alios *vid. Menoch. de A. I. Q. cas. 432. n. 33. seqq. Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1167. per eos.*

Mev. ad dict. rubr. vers. Quarto. & p. 5. dec. 385. ubi distingvit inter contractus, qui Civitatis & qui alterius causâ incuntur, utq; in illis leviolem sufficere, ita in his pleniorem probationem requiri, & nullam contra Civitatem capi præsumptionem statuit.

XXVII. Illud non sufficit, si doceatur, Civitatem tempore crediti pecuniâ indignisse, & causam, in quam creditum fuit, verè extitisse. Ad l. 1. §. 9. & l. fin. ff. de exercit. act. obstantes respondet *Lauterb. d. l. c. 3. §. 16. & 18. Fabrin. l. 2. contrav. c. 76. & alij*, in Civitate, sicut & in aliis personis privilegiatis, ut sunt Ecclesia & Minores, hoc singulare, inq; illius favorem ita constitutum esse, quòd Civitas velut ficta persona, constituendo Administratorem sibi eò modò prospicere nequeat, sicut privatus præponendo Magistrum navis; quæ tamen responsio displicet Hartmanno Pistoris *d. qu. 37. n. 33.* qui diversitatem hanc non tam ex privilegio aliquo singulari Civitatibus indulto, quàm potius ex eo desumendam esse vult, quod in *d. l. fin. de exercit. act.* Magister navis ad hoc eidem præpositus erat, ut solus de illa contrahere posset, per verba: *Ut sciat in hoc se credere, cui rei magister quis sit præpositus*; quod fecus fit in Administratoribus Civitatis, qui ad hoc non constituuntur, ut ipsi soli contrahere de re ad Civitatem pertinente, eamq; obligare debeant. *Conf. Carpz. d. Resp. 107. n. 8. & seqq. qui num. 12. ex H. Pist. n. 25.* subjungit, quod, si Creditor præterea probaverit, causam illam, in quam creditum fuerit, postea cessavisse, tum pecunia credita in istam causam versa præsumatur, *arg. l. 24. §. ult. de privilegi. Cred.* indeq; ulteriori probandi onere Creditor sublevetur. Sic quoque satis non est, docere, quod Administrator pecuniam nominatim in certam aliquam Civitati utilem & necessariam causam acceperit, quasi statim in
illam

illam versurus, ac creditor hoc ipsum firmiter crediderit, inq; eam causam quoque expressè dederit; cum nec Administratoris malitia, nec Creditoris, qui curiosus esse debet, quòd vertatur pecunia *l. 3. §. 9. de in rem vers.* credulitas nocere Civitati debeat. *Lauterb. d. c. 3. §. 16.* quod si tamen sine culpa Administratoris pecunia ista, antequam in id, cui destinata, expenderetur, perierit, secus est, secundum ea, quæ in *th. 24.* dicta sunt. Notant verò Dd. in hac satis difficili probatione, & admittendis conjecturis, plurimum Judicis arbitrio relinquendum esse; *Vid. præter Menoch. cit. in th. præced. loco Hartm. Pistor. d. gv. 37. n. 38. & Carpz. dict. Resp. 7. n. 16.* qui ex Alciato addunt, Judicem proniorem esse debere, ut pro hac probatione pronunciet, quoties de fructibus & redditibus, citra immobilium alienationem, satisfieri creditori poterit; difficiliorem verò, cum alienanda essent hujusmodi bona.

XXVIII. Hæc de casu, quo pecunia ab Administratoribus nomine Civitatis mutuo sumpta in utilitatem Civitatis versa est. Ubi illud adhuc quæritur: An isto casu ipsi quoque Administratores & quidem proprio nomine (quin enim durante officio administratorio & Civitatis nomine conveniri possint, dubium non est, & dixi jam suprâ *th. 19.*) obligentur? Equidem non desunt, qui etiam proprio nomine Administratorem illo in casu teneri asserunt, ut: *Ant. Faber. ad l. 27. de R. cred. & H. Pistor. quæst. 37. n. 52.* aliiq; hos secuti: sed negativa verior est. *Vid. suprâ th. 19. ibiq; alleg. Lauterb. d. c. 3. §. 20. & seqq.* ubi in fine speciales aliquot casus recenset, quibus proprio nomine ipsi Administratores tenentur. *Add. A. Faber in Cod. l. 4. tit. 9. def. 5. & 6.* In altero autem casu, & quando pecunia ab Administratoribus mutuo accepta in rem Civitatis versa non est, secundum *Ulp. in dict. l. 27. Civitas*

tas (nisi certis quibusdam casibus, quos supra th. II. 13. & 14. enumeravi) non tenetur. Cessat enim hic æquitas illa, quæ in priori casu obligationi Civitatis locum faciebat, statq; regula, ex facto alieno sine mandato neminem obligari. Idq; in Civitatibus eò fortiùs procedit; quòd iniquissimum foret, ex Administratorum culpa vel dolo illas damnum aliquod subire. Optimè Imp. Leo. in l. fin. C. de vend. reb. Civit. *Indefessà curà prospiciendum*, inquit, ne quis adversus Civitatum commoda quicquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude seu nundinatione vel colludio seu conniventia hujusmodi venditiones, aliq; illarum contractus, procedant; Unde est, quod nec gratia ab Administratorib; de rebus Civitatis cuiquam facta Civitati noceat. l. 12. C. de transact. Tutor enim in re pupilli tunc Domini loco habetur, cum tutelam administrat, non cum pupillum spoliat. l. 7. §. 3. ff. pro empt. At Civitates pupillis, in l. 3. C. de jur. Reip. Administratores tutoribus in l. 3. §. 2. ff. de admin. rer. ad Civit. pertin. comparantur.

XXIX. Tenentur verò, & obligati sunt hoc casu illi soli, qui contraxerunt, h. e. Administratores; (ad hos enim, teste Dn. Mey. in dec. 162. n. 2. p. 8. omnium Jctorum interpretatio dict. l. 27. de reb. cred. refert) tum ob præsumptionem in ipsorum usus versæ pecuniæ, de cujus versione in rem Civitatis non apparet, tum ob æquitatem, ut fidem sequutus ex eâ indemnis sit, nec iniquam rei suæ jacturam patiat, l. 4. C. si cert. pet. l. 32. ff. eod. tum ob dolum, si aut mandatum aut versionem falsò obtenderit. Mey. p. 5. d. 386. n. 1. & ad dict. rubr. versic. Secundo. Carpz. d. l. Resp. 108. n. 11. seqq. non quidem ex vero, sed potiùs, ut rectè sentit Lauterb. c. 3. §. 25. ex quasi contractu, nec tantùm durante officio, sed eo quoque finito & deposito; Idq; etiam si protestati fuerint, se nolle ex isto contractu obli-

obligatos esse. *Vid. de his Hartm. Pisl. qu. 37. n. 65. seqq. Carpz. d. Resp. 108. & p. 2. C. 6. def. 21. Lauterb. c. 3. §. 24. 25. 26. & 27. ubi eo casu, quo plures conjunctim mutuum Civitatis nomine acceperunt, omnes & singulos obligatos existere asserit, & quo ordine illi conveniendi sint, simul exponit. Conf. Struv. exerc. 16. tb. 22. Administratorum vero hæredes etiam teneri, dubitatione caret. *Mev. ad dist. rubr. vers. Nonò. Richter. dec. 71. n. 8. & 10. Lauterb. d. l. §. 26.**

XXX. Atque hæc de obligatione Civitatis, & quando ac quatenus illa ex mutuo teneatur, dicta sunt; Videndum nunc breviter est, de actione, ex isthac obligatione descendente, & aliis quibusdam remediis contra Civitatem competentibus. Etenim ut obligare sibi alios, & se aliis, secundum hætenus dicta, potest Civitas; ita quin etiam vel actionem adversus alios vi quæsitæ obligationis intentare in judicio, & per illam, quod sibi debetur, persequi, vel ab aliis, ejus rei causâ, quam ipsa aliis debet, conveniri queat, nemo dubitaverit. Ubi obligatio, (de perfectâ loquor, quam Civilem communiter Juri dicunt) ibi actio, & quicumque obligationis est capax, ei & in eum non potest non dari seu competere actio, quippe quæ ab obligatione, velut effectus à sua causa, separari nequit. Illud singulare est in Civitatibus aliisq; Universitatibus, quod non, quemadmodum in privati arbitrio situm est, vel per Procuratorem vel in propria persona agere, ita quoque Universitatis arbitrio hoc relictum sit, sed illa non aliter in judicio vel agere, vel quando convenitur, se defendere, quàm per Syndicum vel actorem, *l. 1. §. 1. l. 2. 3. ff. quod cujusq; Univ. nom. l. 18. §. 13. ff. de muner. & ad hunc constituendum etiam cogi possit, arg. l. 4. §. 9. ibi Bartol. de fideicom. libert. Bruning. de var. univ. spec. concl. 91. a. ne scil. defensio vel actio per plures scissa,*

scissa, adversarium incommodo afficiat. l. 27. §. ult. ff. de
pecul. l. 5. §. 7. judicat. solv. Carpz. p. 1. Const. 13. def. 5.

XXXI. Hinc porrò sequitur, quoniam Civitas ex
mutuo, sicut hactenus ostensum fuit, obligatur, eandem
quoque ad mutuam pecuniam debito tempore restituend-
dam teneri, & si spontè non solvat, competenti actione,
ad restituendum conveniri & adigi posse. Inanis quip-
pe & sine effectu foret ista Civitatis obligatio, si ad illam
explendam, ubi ultrò ei satisfacere nollet, cogi non pos-
set. De genere verò actionis, & quanam, qualisve ad-
versus Civitatem hoc casu detur, ut valde simus solliciti,
vix videtur operæ pretium esse; cùm, quod nec olim ne-
que de Jure Civili neque Canonico necesse erat, ut scil.
nomen actionis in libello exprimeretur, etiam hodiè in-
praxi servetur. *Habn. ad Wes. tit. de edendo. n. 7. Mev. p. 8.
dec. 134.* Eò breviori igitur hîc esse licebit. Quando i-
gitur ipsa Civitas modis suprâ dictis mutuum accepit,
tunc equidem, quemadmodum ipsa ex tali mutuo statim
& efficaciter obligatur, sic quoque contra eam directam
actionem ex mutuo Creditori competere, dubium non
est. At quando à Civitatis Administratoribus acceptum
est mutuum; actione quidem de in rem verso conveniri
Civitas utique potest, *Bach. ad Treutl. vol. 1. disp. 20. tb. 5. a.*
ubi hac ferè tantùm actione contra Civitatem agi posse
dicit. Interim tamen nec directam ex mutuo conditio-
nem hoc casu ei denegandam esse verius est: quùm ex
mutuo in rem Civitatis verso ipsa quoque Civitas obli-
getur, & hodiè etiam directò agi possit cum illis, contra
quos olim in similibus casibus ex alienis contractibus uti-
les ac prætorix actiones competebant, perinde ac si
principaliter cum ipsis negotium gestum esset, quod pro-
batur per §. fin. *Inst. quod cum eo, qui in alien. pot. ubi Vinn. l. 29.
ff. de*

ff. de R. C. l. fin. ff. pro soc. Vid. Lauterb. in d. disp. ad L. Civitas. c. 5. §. 3. ubi bene subjungit, quoad effectum parum interesse, utilis, an directa, arg. l. 47 ff. de neg. gest. Civilis ex contractu, an verò prætoria de in rem verso competat actio &c. Conf. Wes. in paratit. de instit. act. n. 8. Struv. exerc. 20. th. 76. De probatione factæ in rem versionis, quæ hoc casu Creditori incumbit, supra th. 25. actum fuit.

XXXII. Quando verò non constat, pecuniam in utilitatem Civitatis versam esse, nec de probatione satis certus est Creditor, in arbitrio ipsius est, an prius contra Civitatem actionem ex mutuo intendere, an verò contra Civitatem & Administratores conjunctim in uno eodemq; libello, alternativè tamen & eventualiter, experi-ri velit. Hoc quando fit, sicut ejus præcticam præter alios ostendunt *H. Pistor. d. q. 37. n. 44. seqq. Carpz. l. 2. tit. 10. Resp. 109. & in asyl. debit. c. 2. th. 47. n. 248. seqq. Richter. dec. 71. n. 7. nequicquam dissentiente Bruning. concl. 79. lit. b. ita in judicio proceditur, ut, cum Civitas absolvitur, contra Administratores in processu pergatur, declaratione tali factâ, quòd soli respondere teneantur, quando verò contra Civitatem tantum agitur, tunc absolutâ Civitate, reservetur tantummodò contra Administratores actio, *Mev. p. 5. dec. 386. quo casu tamen Creditor petere potest, sibi à Senatu ex protocollis edi nomina Administratorum, qui mutuum acceperunt. Id. p. 6. dec. 60. æquum enim est, ut ubique eidem Civitas auxilio adsit, quòd ab Administratoribus suum consequatur, quum ejus interfit, sub suæ fidei obtentu alios non decipi. Mev. in add. ad dict. rubr. in fin. De aliis quibusdam adminiculis & veluti præparatoriis hujus actionis in dict. th. 25. videri potest. Quanam autem actione Administratores conveniendi sint, in eo Dd. non conveniunt. Plerique tamen, cum**

E

hic

hic de eo casu fermo sit, quando a dministratorio & Civitatis, non verò proprio nomine ab iis mutuuum accipitur, conditionem sine causa, vel causâ datâ causa non secuta, contra illos dari recte statuunt; Inter quos præter allegatos à *Lauterb. d. c. 5. §. 12.* sunt *Gædd. ad l. 17. de V. S. n. 22.* *Treutler. vol. 1. d. 20. th. 5. E. ubi Bachov. in not. Carpz. d. l. Resp. 108. n. 16. Cardin. Tusch. lit. C. Concl. 282. n. 5. ubi Bartol. citat.*

XXXIII. Notandum autem hoc loco est, ita ferè usu servari, ut etiam tunc, quando ipsa Civitas ex contractu vel ab omnibus Civibus, communibus suffragiis, vel ab iis, qui Civitatem & universum populum repræsentant, debitâ cum solennitate inito obligatur, & propterea adversus ipsam actioni locus est, contra Magistratum, vel Senatum, *Bürgermeister und Rath* tantum actio dirigatur, nec minùs sententia in illum concipiatur. Uti patet, inter alia ex sententia in Regio Dicasterio in causa supra memorata pronunciata, ibi: *In Sachen N. Klägere an einem/ Bürgermeister und Raths zu Greiffswald Beklagten/ an andern Theile/ erkennen etc. & postea: Seynd Beklagte das je nige / was an den liquidirten Posten bekendlich in gemeiner Stadt Nutzen gewendet/ Klägern binnen gewöhnlicher Rechtsfrist/ bey Vermeidung schleuniger Hülffe an Capital und Zinsen zu bezahlen pflichtig; es ist ihnen aber etc.* Eo tamen non obstante, Senatus non ex bonis propriis, sed Civitatis solvit, nec in illa, sed in hæc executio facienda est. *Mev. p. 2. dec. 312. Conf. suprâ tb. 19. & ibi dicta.*

XXXIV. Circa modum procedendi quaeritur, an adversus Civitatem procesui executivo sit locus? Et in liquidis dicendum omninò est, quod sic, si modò ipsa Civitas mutuuum acceperit, vel eo modo initus fuerit contractus, quo juxta Constitutionem vel consuetudinem Civitatis ea obligatur, idè manifestum & extra contro-
versiam

versam sit. *Caler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 161. Carpzov. d. 7. Resp. 106. n. 1. & 2. Mev. p. 1. dec. 202.* Quòd si de illò dubitatio existat, processus executivus sistitur: Sicut enim, ut processui executivo locus sit, in universum requiritur, omnia esse certa & liquida, ita etiam hoc extra dubium esse debet, cum, adversus quem executive agitur, debitorem esse. *Mev. d. dec. 202. n. 4. & p. 2. dec. 311.* Sic cum aliquando contra Civitatem quandam ex instrumento paratam executionem continente, quodq; præterea non tantum Senatus & Quinquaginta Virorum, qui ibi totam Civitatem repræsentabant, mentionem faciebat, sed insuper sigillis consuetis munitum erat, executive actum esset, à parte verò Civitatis inter alia opponeretur, ab uno saltem Consulium instrumentum istud subscriptum esse, à reliquis, quod tamen secundum tenorem illius fieri debuisset, non item, simulq; pro ejus causa horum dissensus ob non factam debitè liquidationem probabiliter allegaretur, meritò hæc in considerationem venere.

XXXV. Quando verò non ipsa Civitas, sed illi, qui res Civitatis administrant, seu Magistratus tantum, licet publico nomine contraxerunt, eo casu adversus Civitatem perinde executive procedi non potest, ex manifesta ratione, quòd ex horum contractu ea indistinctè non obligetur, ideoq; de ejus obligatione prius constare manifestò debeat; quumq; hoc examen aliquod requirat, processui executivo tali in casu locus esse nequit, sed actor ad ordinarium remittendus est, *Mev. p. 3. dec. 228. Carpz. d. Resp. 106. n. 6. seqq.* nisi tamen Creditor in continenti docere possit, pecuniam ab Administratore mutuo acceptam in utilitatem Civitatis versam esse. *Mev. p. 5. dec. 385.* Similiter, ubi in eodem libello, contra Civitatem & Administra-

nistratores, juxta dicta in th. 33. simul agitur, executive procedi non posse, late demonstrat & præudiciis firmat *Carpzov. d. l. Resp. 109. n. 15. seqq.* In genere verò circa admittendum procesum executivum contra Civitates, circumspicere Judici versandum esse, graviter monet *Dn. Mev. d. dec. 202. p. 1. ubi in fine, Quanto gravius, inquit, latiusq; in Civitatibus executionis incommodum est, eò facilius sit, ut infontes cum fontibus luan; quanto etiam magis interest, illos temerè non gravari, tantò cautius in eare versandum, atque providè præprimis circumspiciendum, & diligenter inquirendum, antequam processus executivus permittatur.*

XXXVI. Simili ratione per viam arresti, in casibus, quibus arresta licita sunt, adversus Civitatem debitricem procedi potest. Quod tamen de arresto rerum tantum intelligi debet. Quæ enim contra debitorum personas adhiberi nonnunquam solent remedia, qualia sunt, præter arresta, carcer, addictio ad operas, obstagium, &c. iis Civitatem, utpote, quæ saltem est persona quædam ficta & mystica, obnoxiam haud esse, cuivis patet. Annon verò adversus Cives ac personas singulares istius Civitatis hujusmodi remediis locus sit, ita ut pro debito Civitatis capi, arrestari atque detineri queant? quæri hoc loco solet. Cujus decisio dependet ab illa quæstione, an & quando Civitas singulos Cives eorumq; bona pro debito Universitatis obligare possit? ad quæ responderi potest ex illis, quæ suprâ th. 17. & 18. dicta sunt. Indè verò sequitur, quod quibus casibus Cives eorumq; bona ab illis, qui Civitatem repræsentant, pro ejus debito efficaciter & validè obligari possunt: item, si ipsi Cives in eam obligationem expresse consenserint, & se suaq; bona pro debito Civitatis obligaverint, tunc ut in bona ipsorum privata rectè fit executio:

cutio: *Hart. Pist. qv. 37. n. 7.* ita etiam tam ipsi quàm eorum bona ob non factam solutionem arrestari & detineri possunt. *Med. de arrest. c. 8. n. 208. seqq. Gail. de arrest. c. 9. num. 16. Conf. Dd. supra dictis thes. citatos.*

XXXVII. Quicquid verò Universitatis nomine conventus vel arrestatus solvit, vel damni inde accipit, id omne à Civitate refundi, isq; profus indemnus servari debet. *Peck. de jur. sistend. c. 4. n. 17. Ant. Fab. l. 1. tit. 7. def. 4. n. 5.* Unde etiam plerumque illi, qui se principaliter pro civitate obligant, indemnitate sibi in huiusmodi eventum expressè stipulari solent. Benè Grotius *l. 3. de J. Bell. c. 2. in fin.* eos, inquit, qui non solvendo, quod debebant, causam dederunt pignorationibus, ipso naturali ac divino jure teneri ad refarcienda damna aliis, quibus eam ob causam aliquid decedit. *Conf. Ziegler. ib. in not.* Et volunt hîc Dd. communiter, ex communi Civitatis ærario istam refusionem fieri debere, vel eo exhaustò, ex venditione prædiorum Civitatis & aliorum immobilium, si verò nec prædia habeat, vel habeat quidem, sed ea sine maximo incommodo Civitatis vendi non possint, collectam civibus imponendam, & ab omnibus contribuendum esse, quod solvi omnium interest. *arg. l. 1. l. 2. pr. & §. 2. ff. de leg. Rhod. de jact. l. 5. ff. de censib. l. 12. C. de oper. publ. Peck. d. l. Coler. de process. exec. c. 3. n. 382. seqq. Berlich. d. concl. 76. n. 22. seqq.* quo casu etiam is, cui ex illa collecta solvendum est, pro rata unâ cum reliquis contribuere tenetur, vel etiam illi ea portio imputabitur, quam ipse solvere debebat. *Klock. de contribut. c. 17. n. 255. ubi plures allegat.* Ad talem tamen collectam rectâ & citra istiusmodi ambages tunc præpomis deveniri posse arbitror, quando illud æs alienum contractum est principaliter civium gratia, proq; redimendo onere non tam Civitati quàm civibus incumben-

te, cui ferendo fortè impares tum temporis illi erant; Ex
civium namque debito non est oneranda Civitas, neque
hæc ad onera singulorum ferenda est obstricta, sed quilibet
privatorum suam sarcinam propriis humeris bajulare
tenerur. *Pruckman. vol. 1. conf. 30. n. 3. Mev. ad Jus Lub. l. 1. tit. 2.
art. 4. n. 23. Conf. Eund. p. 3. dec. 62.*

XXXVIII. Sed anne etiam is, qui ex Civitate disce-
dit & civis esse definit, ad hanc collectam teneatur? quæ-
ritur. Equidem si post impositam collectam discedat,
quin tunc ad ratam suam solvendam teneatur, & donec
satisfaciat, per arresta detineri queat, non est dubitandū.
Dum enim tributi solvendi dies jam cesit, & quilibet ci-
vium saltè ex eo tempore ad solutionem illius obstri-
ctus est, non licet ipsi discedere & juri Civitatis renun-
ciare, antequam suæ obligationi satisfecerit, quàm hu-
jusmodi renunciaciones tempestivè & non nisi præstitis
præstandis fieri debeant. *l. 34. ff. ad munic. Accedit, quod
pro præteritis necessitatibus hæc collecta sit imposita,
ideoq; earum causâ meritò onus sustineat, qui commo-
dorum Civitatis hætenus particeps fuit. l. 10. ff. de R. J. Et
in his terminis illud affirmant Gail. de arrest. c. 9. 21. Mev. ad
Jus Lub. p. 2. tit. 3. art. 2. n. 29. seqq. Henr. Gæden. conf. 5. de jur.
Civ. n. 32. ibi. quod maximè verum est, jam imposita col-
lectâ. Ante verò impositam collectam si discessus fiat,
non desunt quidem, qui hoc quoq; indistinctè affirmant.
Gæden. d. conf. 5. n. 32. Berlich. concl. 76. n. 28. Mihi videtur di-
stingvendum esse inter debita ipsius Civitatis & inter
debita Civium, & utrum pecunia mutuo accepta impen-
sa fuerit solutioni ejus debiti, cujus præstatio ipsi Civi-
tati incumberebat, & ex illius bonis seu redditibus facienda
erat; an verò talis, cujus præstationi singuli Ci-
ves erant obnoxii: Quà illa debita, rectius negatur quæ-
stio,*

mo, idq̄ indistinctè, siue ipsa Civitas tantum obligata sit
pro isto mutuo, siue unâ quoque singuli Cives sese obli-
gaverint; quum & hoc casu quilibet Civis, respectu ni-
mirum Civitatis vel Concivium suorum, (quâ Credito-
rem enim secus est) in subsidium saltem obligatus sit. Ci-
vium verò debita quod attinet, secus dicendum est. Ra-
tio consistit in eo, quòd Civis discedens jam tempore
mutui contracti virilem suam portionem solvere obstri-
ctus fuerit, & collectâ impositâ ad solvendum adigi po-
tuerit. Dum verò in gratiam & commodum ipsorum
Civium, quibus fortè nimis grave futurum fuisset, tan-
tam pecuniæ summam unâ vice & intra paucos fortè dies
ex propriis loculis solvere, pecunia mutuò sumpta & ob-
ligatio contracta fuit, utique haud permisum erit, re-
nunciando juri Civitatis suæ se obligationi eximere, &
onus ad se spectans Concivibus suis, contra naturalem
& aequitatem, quæ non finit alterum alterius causâ prægra-
vari, & pro alieno debito alium molestari, *l. un. C. ut null.
ex vicin. gestandum relinquere*, sed uti quilibet pro virili
obstrictus manet, ita migraturus, etiam antequam mu-
tuum istud solvitur, & in id collectâ indicitur, partem
suam, non sortis tantum, sed etiam usurarum solvere te-
netur, & ad id legitimis remediis compelli potest, nec
discessus ante permittendus est. Quamvis enim nemo
cogi possit, ut invitus in Civitate, cujus est Civis, ma-
neat, sed quilibet migrandi & juri Civitatis renunciandi
licentiam habeat. *l. 5. §. fin. ff. de captiv. & postlim. rev. l. 31. l.
34. ad municip. R. A. zu Augspurg de anno 1555. §. Wo aber uns
sere etc. Gail. l. 2. O. 36. n. 4.* Debet tamen iste discessus &
renunciatio fieri legitime, citra fraudem & tempestive,
præstitisq̄ prius illis, quæ ex statuto vel more Civitatis
ante discessum præstanda veniunt. *arg. l. 65. §. 5. ff. pro soc.*

de l.

d. l. 34. ad municip. Gail. d. obs. 36. n. 10. Mev. ad Jus Lub. l. 1. tit. 2. art. 1. n. 18. seqq. & art. 2. n. 69. seqq. Conf. Hugo Grot. de Jur. Bell. l. 2. c. 5. §. 24. ubi libertatem discedendi juxta cit. l. 65. §. 5. pro soc. hoc modo restringit, si non peculiariter Civitatis interfit, ne discessus fiat, & exempli loco inter alia ponit, si magnum æs alienum contractum sit, nisi paratus sit Civis in præsens partem suam exsolvere. Add. Mev. in discus. levam. inop. debu. c. 6. n. 63.

XXXIX. An verò in casu, quo non tantum Civitas, sed & singuli Cives obligati sunt, (circa illum enim casum adhuc hæremus,) etiam is, qui jam ex Civitate discessit, & aliò domicilium suum transtulit, adeòq; Civis Civitatis istius debitoris esse desit, ob debitum eo tempore, quo Civis adhuc erat, contractum à Creditore conveniri & arrestari possit? alia est quæstio; Circa quam non convenit inter Dd. Peckio in tr. de jur. sist. d. c. 4. n. 17. aliisque id affirmantibus, Dn. Mevio verò in tr. de arrest. c. 8. n. 220. id ipsum negante. Et sicut regulariter sententia Dn. Mevii merito præfertur, ob rationes ab Ipso citato loco adductas, ita illo in casu, quando omnes & singuli Cives vel quidam eorum seipso nominatim in solidum & principaliter obligarunt, secus dicendum esse opinor; Videturq; tunc ista obligatio omnibus singulorum ita cohærere, & ubique locorum eos comitari, ut velut expromissores seu correi debendi, etiam postquam aliò migrarunt, & Cives istius Civitatis esse desierunt, à Creditore pro tali debito conveniri possint. Dum enim fidem illorum principaliter secutus est, non potest per mutationem domicilii postea ab illis factam huic iniqua conditio inferri: & licet illi, nisi Cives istius Civitatis extitissent, obligationem in se forte non suscepissent, attamen hoc casu non tam quàm Cives, quàm simpliciter & privato

vato proprioq; nomine contraxisse aut se obligasse, neque etiam Creditor qualitatem illam, sed potius personas ipsorum respexisse censetur.

XL. Sed quid dicendum est de Civibus novitiis, an illi quoque ad antiqua Civitatis debita solvenda obligati sunt? Negat *Gaul. de arrest. d. c. 9. in fin. Losaeus de jur. Univ. p. 3. c. 9. n. 25. Berlich. d. concl. 76. n. 32. Gæden. d. consil. 5. n. 32. aliq.* A firmant contra post *Coler. d. c. 3. n. 385. seqq. Pectius d. l. & Dn. Mev. de arrest. c. 8. n. 222.* Puto totam hanc rem distinctionibus aliquot optime expediri posse. Aut enim quaestio est de Creditore, & an ei obligatus sit Civis novitius hoc modo, ut ab illo pro debito Civitatis conveniri queat; aut de Civitate & Concivibus, & quatenus tunc, ubi per collectam vel Creditori vel ei, qui nomine Universitatis conventus solidum solvit, satisfacere tenentur, iste quoque collectari possit, quaestio instituitur? Priori casu, quando illi, quibus ea potestas ex constitutione Civitatis competit, omnes & singulos Cives eorumq; facultates pro debito Civitatis ita obligarunt, ut Creditori cives istius Civitatis, quocumque in loco illos deprehenderit, conveniendi, arrestandi, &c. facultas esse debeat, dico quod sic, per rationes à Dn. Mevio d. l. allatas; secus verò est, si singuli Cives ex proprio consensu nominatim eo modo se obligaverint, quoniam, uti supra dictum, talis obligatio non nisi consentientes obstringit, absentibus autem nequaquam præjudicat; multò minus ergò illi, qui tempore contractus nondum in Civitate fuerunt, tenebuntur: Posteriore casu Cives novitios ad collectam regulariter teneri, per easdem Dn. Mevii rationes, qui d. l. illud in praxi observari testatur, statuo; etsi non negem, dari posse unum alterumve casum, quo illud non immeritò in dubium vocari queat.

F

Vid.

Vid. l. 23. C. de decur. Ipfi tamen dissentientes sententiam suam limitant eo in casu, si novellus civis succederet in rem, quæ affecta est pro collectis. *Berlich. d. conclus. 76. n. 33. Gæden. d. n. 32.*

XII. Et hæc de illis casibus, quibus cives quoque ipsi pro debito Civitatis obstricti sunt, dixisse sufficiat. Extra hos autem, sicut Civitate obligatâ non statim singuli etiam cives obligantur, ita neque ex horum bonis solvendum est Civitatis debitum, aut in illa executio faciendâ, nec consequenter ipsi cives pro ejusmodi debito detineri atque sisti possunt, sed ex bonis ipsius Universitatis solutio, & in casu retardatæ hujus in illa executio fieri debet. Quando autem ad executionem contra Civitates devenitur, nisi creditor specialem habeat hypothecam, eamque persequi & excutere malit, hic ordo, qui & aliàs circa privatos debitores observari solet. *l. 15. §. 2. ff. de re judic.* & de quo jam supra Th 37. in simili casu dictum, attenditur, ut exhaustâ bursâ communi, deficientibusque aliis mobilibus ad immobilium distractionem & adjudicationem procedatur, & si neque hæc sufficiant, demum ex nominibus debitorum Civitatis creditoribus satisfactio queratur, *l. 8. ff. quod cuiusque univ. nom.* Quomodo in collectas, pensiones aliosque Civitatum redditus executio fiat, ex Baldo tradit *Berlich. p. 1. concl. 80. n. 33.* Hæc igitur ratione excusso communi Civitatis patrimonio, si quid solvendum restat, nec aliter conficiendæ pecuniæ ratio apparet, iterum ad bursam singularium personarum collectæque impositionem venit. *H. Pistor. qu. 37. n. 6. Gæden. d. l. n. 29. Losæ. de jur. Univ. p. 3. c. 9. §. 9. Klock. de contribut. c. 5. n. 113. Carpz. p. 2. c. 6. d. 24. n. 6.* dummodo tamen debita & tributa publica permittant, ob privata debita collectas indicere, *V. Mantz. decis. palat. qu. 2. in fin. Mev. in discuss. levam.*

levam. c. 4. n. 38. aliàs, si Civitas collectam imponere re-
cusaverit, per superiorem ad hoc cogi potest. *Gæden. &*
Losæus d. d. l. Klock. d. l. c. 5. n. 114. Hinc patet, quod supra
quoque dictum est, scilicet, ex obligatione Civitatis, si-
cet singuli Cives directò & principaliter obligati non
sint, eosdem tamen in subsidium, si nempe Universitas
bona non habeat, teneri, non quidem ut singulos, sed quâ
pars sunt universorum. *Vid. Grot. de J. B. l. 3. c. 2. §. 1. ubi*
hanc in rem insignem Senecæ locum adducit ex lib. 6. de
benefic. cap. 19. & 20. Si quis patria mea, verba sunt Senecæ
d. c. 20. pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc as
alienam profiteor, ad exsolvendam tamen meam portionem dabo. Et:
Unus è populo non tanquam pro me solvam, sed tanquam pro patria
conferam. Item: Singuli debent non tanquam proprium, sed tan-
quam publici partem. Quod verò hîc à Carpov. d. def. 24.
n. 7. & Berlich. d. concl. 76. n. 25. aliisq. ex Peckio notatur, ni-
mimum, id quod de collectæ impositione dictum, in Civi-
tate Imperiali tantum verum esse, quòd Civitates muni-
cipales sine consensu Principis, cui subsunt, collectam
imponere nequeant, calculum non meretur. Nam posse
Civitates, etiam provinciales s. municipales, earumque
Magistratus, adhibito tamen consensu illorum, qui unâ
cum illis Civitatem repræsentant, publicâ exigente
necessitate sine licentia superioris Civibus collectas in-
dicere, præsertim, si jurisdictione, quæ fundamentum
collectarum censetur *Mev. ad Jus Lub. p. 2. tit. 3. a. 2. n. 5.*
Klock. de contrib. c. 3. n. 156. seqq. sint munitæ, indubium est:
Idq. usus etiam probat. V. Losæus d. c. 9. p. 3. Bruning. de var.
univ. spec. concl. 65. Klock. d. l. c. 5. n. 100. ubi in sequentibus
quomodo & in quantum etiam illæ Civitates municipa-
les, quæ ne simplicem quidē Jurisdictionem habent, sine
superioris licentia collectâ imponere possint. Conf. Mev. in
disc. lev. inop. deb. c. 2. n. 104.

XVII. Restat, ut de exceptionibus & beneficiis, quæ jura Civitatibus indulgent & applicant, nunc quædam subnectantur. Quæ quidem res eò uberiorem tractatum merebatur, quò magis hodiè ejusmodi adminiculis & præfidiis Civitates sub æris alieni onere gementes indigent. Et erat equidem animus, paulò plenius de his agere; sed temporis angustia excluso, variisq; tam publicis quàm privatis occupationibus subindè impedito ad finè properandum fuit. Itaque de quibusdam saltem, & de illis ipsis quàm brevissimè dicam.

XVIII. Et primo quidè loco tribuitur Civitatibus exceptio, ex *L. Civitas ff. de reb. cred.* in casu, quãdo à Creditoribus mutuũ ab administratoribus nomine Civitatis contractum ab ipsa Civitate repetitur; eaq; opposita hoc operatur, ut creditores pecuniam mutuo datam, in rem & utilitatè Civitatis versam esse, ceu fundamentũ intentionis suæ probare teneantur; Unde etiam exceptio non factæ versio- nis in rem Civitatis dicitur: Idq; in tantum verum est, ut etiam contra instrumentum garentigiatum pro impedi- enda paratã executione in bona Civitatis validè oppo- natur, sicut latè probat *Carpz. l. 2. Resp. 106. per tot.* Habet verò locum, uti dixi, isthæ exceptio, tantum in mutuo ab Administratoribus contracto, de illo enim casu *Legem Civitas* loqui, jam suprà th. 22. & 29. notatum fuit. *Add. Lauterb. d. c. 3. §. 13. & ibi Dd. allegat.* In illo autem, quod ipsa Civitas, modis in th. II. & aliquot seqq. dictis, con- traxit, non item: sicut nec tunc, ubi Magistratibus jus Civitatem obligandi competit, locum illi esse, in *decis. 162. p. 8.* notat *Dn. Mevius*, sicq; decisum esse refert. His enim casibus, quod itidem ex suprà dictis manifestum est, sta- tim efficaciter obligatur Civitas, etiam si pecunia in ejus utilitatem versa non probetur. Unde quoque colligi po- test,

test, magis ex consuetudine, quàm necessitate fieri, quando illis etiam casibus, & præsertim, ubi vel Cives ipsi, vel concilium omnes repræsentans, contraxere, beneficio hujus legis, sicut vulgò fieri, ex Instrum: Obligationum videre licet, renunciatur, nec hujusmodi renunciatio- nes quicquam operari.

XLIV. Competit porro ista exceptio tantum Civitati seu Civibus, in quorum favorem, & ne Administratorum culpâ damnum patiatur Civitas, ea est introducta; nec facta ab Administratoribus in instrumento renunciatio illius impedit, quò minus Civitas istâ uti queat; quum talis renunciatio Civitati, ceu tertio, in cujus præjudicium est facta, nocere nequit. *Carpz. d. Resp. 106. n. 20. & 35.* Administratores verò, qui contraxerunt, sicut beneficio legis Civitas non gaudent, ita à Creditoribus conventi non possunt exceptionem istam opponere, nec privilegio Civitatis se tueri, quippe qui in casu non factæ versionis in rem Civitatis soli tenentur. Sicut in eadem lege expressè decisum est. *Carpz. d. l. Resp. 107. n. 2. seq. Mev. ad rubric. d. l. versic. Secundò.* Sic in simili Magistratui Civitatis allegatio non adhibiti Civium consensus contra contractus suos haud proficit. *Mev. p. 3. dec. 304. Brunnemann. ad L. Civitas. 27. de R. C. n. 13.* Etsi verò hæc lex Civitas de mutuo tantum loquatur, eam tamen rectè extendunt Dd. plerique ad alios contractus, principaliter ad utilitatem Creditoris tendentes, e. g. ad depositum, de quo est *c. i. X. de depos. Mev. p. 5. dec. 382.* fidejussionem, *l. 4. X. de fidejuss. Mev. ad Jus Lub. l. 2. t. 3. a. 4. n. 11. seqq.* & similes, atque sic in ejusmodi etiam contractibus Civitatibus exceptio tribuitur ex lege Civitas. *Mev. dd. locis. Conf. Eund. in dict. rubric. versic. Primò. Hartm. Piss. qu. 37. n. 29. & 51. Lauterb. c. 3. §. 14. & ab hoc citatos Dd. alios.* Quod verò exinde à non-

Nullis colligitur, si mutuum sine usuris vel lucro datum sit, tunc non proficere Civitati istam exceptionem, de eo non abs re dubitatur.

XLV. Exceptio non numeratæ pecuniæ quin Civitatibus competat, nullum potest esse dubium. Illo tamen casu, quo per Administratores contractum est mutuum, seu sub spe subsecuturæ numerationis chirographum Creditori datū, istā non indigent Civitates, quū opposita exceptione legis Civitas s. non factæ versionis, si hanc non probet Creditor, non tenetur Civitas, sive numerata sive non numerata fuerit pecunia, quæ tanquam numerata à Creditore repetitur. Quod si verò exceptionem non numeratæ pecuniæ Civitas opponere velit, probatā à Creditore numeratione, insuper exceptionem non factæ versionis objicere necessum habebit, nisi beneficio, quod Civitates ex *L. Civitas* habent, privari malit; Unde patet, quid sentiendum sit de opinione *Treutleri* vol. 1. D. 20. th. 5. C. *Gædd. ad l. 17. de V. S. n. 23. Fachin. l. 2. contro. 87. & qui illos sequuntur, Mozzij à Fachin. allegati; Item, Wesemb. consil. 41. n. 35. vol. 1. aliorumq;* qui exceptionem non factæ versionis unam eandemq; cum exceptione non numeratæ pecuniæ esse, adeòq; hanc quoque Civitatibus perpetuò competere docent. *Vid. Bach. ad Treutl. d. l. ubi contra Treutl. & Fachinæum disputat.* Quando autem ipsa Civitas contraxit, sicut exceptio non numeratæ pecuniæ ei quidem denegari nequit, ita illo casu eandem perpetuò competere Civitati, hancq; diverso in hoc jure, atque privatos, censi nullibi proditum est. Potest etiam opponi à Civitate in casu legis *Civitas*, exceptio non competentis actionis; Nam non factā versione in rem Civitatis, non obligatur Civitas, & proinde nec, nisi illā probatā, actio contra eandem à Creditore.

re.

re cum effectu intentari potest. *d. e. l. X. de depos. Mer. d. dec. 382. num. 3. p. 5.*

XLVI. Succedit beneficium restitutionis in integrum, quo tunc Civitatibus succurritur, quando ex mutuo stricto quidem jure obligantur, sed ob enormem læsionem (nam pro modico damno non datur, restitutio, *arg. l. 4. ff. de in integr. restit. c. pen. X. de reb. Eccl. alien.*) extra ordinem eas juvari æquum est. *Gæden. d. consil. 5. n. 40. H. Pist. qu. 37. n. 56. Conf. Mer. p. 3. d. 229. n. 10. & p. 5. d. 382.* Idq; etiam ad illum casum pertinet, quo Civitas non aliter, quam si in rem ipsius versa fuerit pecuniâ, obligatur; nam etsi tunc frustra videatur implorari hoc beneficium, quòd, licet restitueretur Civitas, nihilominus ex quo apparet de versione in utilitatem illius factâ, pecuniâ restituere teneatur. *l. unic. pr. c. de reputat. quæ fiunt in judic. l. 24. §. 4. ff. de minor. attamen quoniam Civitati, versâ quamvis in rem illius pecuniâ, aliunde obvenire potest læsio, hujus etiam ratione restituenda erit Civitas. Vid. H. Pist. d. l. n. 57. seqq.* Habent enim hoc Civitates, ut ex contractibus suis læsæ, exemplo minorum, quorum jure utuntur, *l. 4. c. quib. ex caus. major. l. 9. ff. de appellat.* auxilium restitutionis, frustra dissentiente *treutlero vol. 1. d. 11. th. 8. in fin.* implorare possint; sicuti probatur *d. l. 4. quib. ex caus. major. l. 3. ibi Bart. de jur. Reip. l. 1. c. de offic. ejus. qui vic. alicui. jud. v. Losæ. de jur. univ. p. 3. c. 18. Bruning. de var. univ. spec. concl. 87. Gail. l. 2. o. 62. n. 4. Freundb. de rescript. morat. conclus. 18. n. 14. qui quamplurimos alios citat. Mer. p. 6. dec. 414. Zabn. ichnogr. munic. c. 50. per tot.* Idq; in terminis municipii Tongiani tradit etiam *Craverta cons. 680.* Ut v. restitutionem impetrare possit Civitas, regulariter requiritur, ut se læsam esse doceat, *arg. l. 9. §. 4. ff. de jure jur. l. 7. §. 3. ff. de minor. l. 5. c. de in integ. rest. min.* nisi aliàs de læsione vel ex ipsa rei natura vel aliunde, satis constet, tunc enim probatione ulteriori non indiget. *H. Pist. d. l. n. 59. seq. Mer. ad Jus Lub. p. 2. tit. 3. a. 1. n. 14. & p. 5. d. 382. Carpz. l. 2. tit. 9. R. 95. ubi n. 19. & seqq.* notat, Judicem in tali casu pro abbrevianda lite restitutionem in integrum, citra peculiarem super ea processum, tutò prævenire posse; idq; rationem svadere & praxin observare testatur etiam *Dn. Mer. eum alibi passim, tum in dec. 218. n. 7. p. 1. & dict. dec. 382. n. 4. & 5. p. 5.*

XLVII. Petenda autem est restitutio in integrum intra tempus jure communi restitutioni præstitutum, quod est quadriennium. *l. ult. c. de tempor. in integ. restit.* nam Civitates quoque ad illud tempus constri-

constringuntur, arg. c. 1. de restit. in integr. in 6. eaq; communis est
Ictorum sententia. H. Pist. d. l. n. 62. carpz. l. 2. tit. 9. R. 96. n. 5.
Mev. d. dec. 414. n. 4. p. 6. Hahn. ad Wesf. tit. ex quib. caus. major.
Idq; quadriennium regulariter incipit currere à die læsionis; quod si
verò ea factò Administratoris contingat, ab eo demùm tempore com-
putatur, quo mortuus fuerit Administrator, sicuti ex c. si sacerdotes,
XVI. qv. 3. colligunt Dd. Rationem ejus rei hanc reddit Gøden. in
dict. consil. 5. n. 42. quòd Administratores conentur laborare, ut ser-
vetur contractus, quia cupiunt defendere factum suum, & non vo-
lunt petere restitutionem pro hoc. Add. H. Pist. d. l. n. 64. Interdum
tamen etiam post tempus quadriennii Civitates ad implorationem offi-
cii judicis, nimirum, ex justa & rationabili causa, eaq; notorià, ut & ob
grave aliàs imminens damnum admittuntur. d. c. 1. de restit. in integr.
in 6. Idq; Civitatum singulare jus esse, earumq; favore ita receptum &
practicari asserit Dn. Mev. p. 6. d. 414. n. 4. seqq. Conf. Carpz. d. Resp.
96. n. 9. seqq. Richter. dec. 71. n. 12. qui præterea num. seq. 14. tum de-
mùm restitutionem in integrum locum habere ex Colero addit, quan-
do ipsa Civitas læsa est, vel super læsione convenitur, secùs verò esse, si
propter Administratores, quod etiam responso Facultatis illustrat.
Notandum autem, quòd hæc in integrum restitutio detur Civitati et-
iam adversus aliã Civitatem. l. fin. ibi glos. ff. ex quib. caus. major. Lofe.
de jur. univ. d. c. 18. n. 21. Bruning. d. l. concl. 88. Zahn. d. c. 50. n. 6. seqq.
XLVIII. Quando executio contra Civitates suscipitur, eo benefi-
cio gaudent, ne ad saccum & peram usque executiantur, sed relinquatur
illis, sine quo status Civitatis conservari nequit. Fruuntur enim compe-
tentia beneficio, ita ut non nisi in quantum facere possunt, conveniri
queant, & executionibus obnoxia sint. Quamvis enim Richter. p. 1.
decis. 24. in fin. Civitatibus beneficium istud regulariter deneget, ab
aliis tamen rectè iisdem tribuitur, inter quos est Casp. Marzius in pa-
trocin. debet. dec. 3. qv. 41 n. 83. 138. seqq. & decis. Palat. qv. 2. n. 15. &
qv. 3. per tot. Mev. in discuss. levam. inop. deb. c. 4. sect. 7. n. 37. & c. 5.
n. 205. Item p. 8. dec. 163. ubi n. 4. id consuetudine receptum esse testa-
tur. Zahn. ichn. munic. cap. 49. Quid autem & quantum Civitatibus
pro futuris necessitatibus & sustinendo earum statu relinquendum sit,
ex Manzio locis allegatis discere licet, qui utrobique non incitè subji-
cit: Nolo autem quicquam relictum administratoribus Civitatum pro
computationibus in curia vel convivis in publicis hospitibus instituendis
que

que in veterata, pravâ tamen consuetudine nonnullis in locis passim
frequentantur, & exactius religiosiusq; quàm ipsa iudicia exercentur.
Indignum est enim, ut hi abundant superfluis, cum sæpè Creditores de-
ficiant necessariis &c. In concursu quoque Creditorum impendia ad
conservationem status necessaria, interq; hæc etiam salaria officialium
& ministrorum Civitatis, qui Reipubl. serviunt, quùm sine talibus mi-
nisteriis Civitas, illa verò sine salariis, nemine gratis officia præstituro,
integra & salva esse non possint, ante omnia credita sunt. Cujus æqui-
tatem latè demonstrant, simul etiam praxin ejus ostendunt *Carpx. p. 3.
dec. 278. & in asyl. deb. c. 2. th. 48. Meru. p. 8. d. 163.*

XLIX. Porrò Civitates obæratas beneficio cessionis uti posse, ne-
gandum non est. *vid. H. Gøden. consil. 5. de jur. Civit. n. 44. seqq.
Schneidw. ad S. fin. Inst. de action. Mantz. decis. Palat. qu. 2. ubi et-
iam de subastatione bonorum Civitatis agit. Freundberg. de Rescript.
morat. concl. 18. n. 21. Du. Meru. in discuss. levam. inop. deb. c. 5. n. 205.
& in theatr. concurs. Credit. disc. 1. th. 12. & 13. & ab his citati plures
alii.* Per hanc verò cessionem non bona Civium, nec etiam ipsa Civi-
tas, nisi ejus conditionis sit, ut cedendi ac alteri se submittendi potesta-
tem habeat, (quâ carent alieno juri subjectæ, & sic quoque Provincia-
les: de Imperialibus *vid. Gail. 1. 0. 21. n. 1. seqq.*) idq; specialiter con-
ventum fuerit, sed bona Civitatis, & quicquid in patrimonio illius est,
adhibitis tamen solennitatibus, quæ in alienationibus rerum Civitatis
observanda sunt, *Mantz. d. qu. 2. n. 31. seq. ad Creditores transferun-
tur.* Citra tamen necessitatem ad cessionem deveniri nequit. Plura
vid. apud Gøden. dict. loc. Du. Meru. in dict. disc. 1. th. 13. & alios.

L. Nec minùs inducias moratorias pro se impetrare possunt Ci-
vitates, sicut hoc ipsum tam Jctorum autoritas, quàm quotidiana ex-
perientia comprobat. *A. Fab. in Cod. l. 1. tit. 6. def. 18. Freundb. de Re-
script. morat. d. concl. 18. ibiq; alleg. Meru. in discuss. levam. d. c. 5. n.
206.* ad quod beneficium, quemadmodum illud Civitatibus in egesta-
tem ex temporum calamitate & injuriâ delapsis conceditur, ita
tutius est has admittere, quàm alios privatos debitores; quùm à Civi-
tatibus non tam facilè in consequendo debito defraudari possint Credi-
tores, quàm à privatis, prout latius ostendit *Freundberg. d. l. n. 49. seq.
indeq; durantibus induciis fidejussoriam aliamve cautionem ab illis
tanquam per se satis idoneis & sufficientibus eo nomine efflagitare,
exemplo fisci in l. 2. ff. de fund. dotat. l. 2. §. 5. si cui plus quam. per L.
falsiq.*

G

Falcid. vix operæ præcium esse concludit. Quod si etiam generali aliqua constitutione debitoribus circa exactiones Creditorum ex stricto jure aliquid remittatur, & beneficia seu dilationes indulgeantur, usus illorum non minus pertinet ad Civitates, nec hæ, nisi dispar appareat ratio, inde arceri possunt; Nec refert, quod fortè nulla Civitatum mentio in Constitutione facta fuerit; siquidem generalis dispositio non tantùm singulares personas, sed corpora quoque & Universitates complectitur. *l. 21. princ. junct. l. 22. §. fin. ff. ex quib. caus. maj. l. 15. c. de sc. Maced. l. 9. §. 1. ff. quod met. caus. & regula est, ea, quæ de privato loquuntur, locum habere etiam in Universitate, quam ex Lancellotto adducit Freundberg. d. l. n. 6.*


LI. Cæterùm quæ præterea vel Legibus & Constitutionibus prodita vel consuetudine introducta sunt in favorem debitorum sive indistinctè omnium, sive peculiariter eorum, qui per calamitates bellicas aliosve casus ad incitas redacti sunt, adminicula, exceptiones ac beneficia, ea omnia & singula Civitatibus quoque competere, modò aliqua rationis diversitas id non impediat, generaliter tenendum est. Et his quidem tantò æquius tribuuntur, quantò major earum apud omnes est, aut esse debet favor, quàm privatorum, dum ab illarum conservatione plurium commoditas & incolumitas pender. Quæ etiam est ratio, quod in universum Civitates, earumq; causæ in jure favorabiles habeantur, sicut latè deducit *Lose. de Jur. univ. p. 3. c. 13. per tot. Conf. Freundb. d. consol. 18. n. 11. seq. Mer. d. c. 5. n. 204.* Quæ quùm ita sint, & illa debitoribus vulgò indulta beneficia ab aliis, præsertim verò à sæpè allegato Manzio in *patrocin. debit. depaup. Carpov. in asyl. debit. gener.* & B. Dn. Mevio in *discussione levaminum inopia debitorum*, plenissimè & integris tractatibus exposita reperiantur; Idcirco Lectorem benivolum ad istos Autores remitto. Mihi enim hæc pro instituti & temporis ratione sufficiunt; Quæ autem minùs ordinatè posita à me sunt, qualia pleraque esse ulterò agnosco, excusabit festinatio.


DEO


sic

LAUS, HONOR & GRATIARUM ACTIO.














the scale towards document

ere illa noluit, quod alibi significa-
diuinarum antistiti plane hoc dari
d aeterna hominum saluti intentus
romoueret omni studio. Post Gre-
tempora, quando maior pontificum
cepisset in Imperio, alibique pas-
dos quoque equestres, ex peculiari
i particulam esse voluerunt, *quasi*
num, & pericula animarum proueni-
n inficiari haut licet, in torneamen-
am serie abreptos fuisse saepius, qui
non debebant, nec pauca ipsorum,
nti annumerare possemus. Nulla
raua intentio, non caedis, sed virtum
iam pridem, ne imparati ad lu-
diligentissime sibi prospicere tene-
stri, de viatico caelesti. Goldastus,
ritutionum, ad annum MCCCXXXIIX, p. m. 121,
, sub sacramenti violatione, aerea esse
se immittat, qui non prius expiaue-
& DEO se reconciliauerit. Atque
ε παρασκευής, velut ex regula, obti-
ennibus, ac necessaria erat, quia e-
erunt antiquius, quam viuere iuxta
& iura consueta. Neque dubitan-
er ita prodierint instructi ad certa-
quod & ante praelia in bellis, pari
sacramenti adhiberent. Sic vero
e, torneamenta publica, & qua au-
m instituebantur, nec pontificum
nia impediri potuisse, quemadmo-
Guelfico, Coloniensi Florentii comi-
Bb 3 mitis

c. r. felic.
X de torn.

p. m. 121